Jo Morgado de Alegr.te

C 244

Direito Civil


ANDREÆ CHRISTOPHORI RÖSENERI
J. U. D.

TRACTATUS JURIDICUS
DE
LIBRIS MER-
CATORUM,

Von
Denen Handels-Büchern/

In qvo perutilis hæc tam in Theoria
qvam Praxi juris materia secundum seriem
causarum dilucidè traditur, ac Collegiorum
juridicorum responsis illu-
stratur,

Cum Summariis rerumq; ac verborum
INDICE.



LIPSIÆ,

Sumptibus Hæredum FRIDERICI LANCKISII,
Literis CHRISTIANI SCHOLVINI.

VIRO
PERILLUSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO
DOMINO,
DN. GOTHOFREDO HERMANNO à BEICHLINGEN,
DYNASTÆ IN TSCHORNA, DALBITZ & BASELITZ,
SERENISSIMI AC POTENT. ELECTORIS SAXONIÆ IN PROTOSYNEDRIO DRESDENSI PRÆSIDI EMINENTISSIMO,
NEC NON
ELECTORALIS DUCALISQVE DICASTERII LIPSIENSIS
SUPREMO JUDICI,
DOMINO SUO GRATIOSISSIMO.

UT ET

VIRO
PRÆNOBILISSIMO AMPLISSIMOQVE
DOMINO
JOHANNI ANDREÆ
KRAUTTIO,
SERENISSIMI AC POTENTISS.
ELECTORIS BRANDENBURGICI
REDITUUM MILITARIUM QVÆ-
STORI GENERALI,

DN. PATRONO ATQVE AFFINI SUO
SUMMOPERE COLENDO.

VIRIS
NOBILISSIMIS PRUDENTISSIMIS
ATQVE SPECTATISSIMIS,
DOMINO
CASPARI BOSIO,
DOMINO
GEORGIO BOSIO,
FRATRIBUS GERMANIS ET
SENATORIBUS LIPSIENSIBUS
GRAVISSIMIS,
DOMINO
HENRICO WINCKLE-
RO, Juniori,
DOMINO
CHRISTOPHORO GE-
ORGIO WINCKLERO,
FRATRIBUS GERMANIS ET
MERCATORIBUS LIPSIENSIBUS
UNDIQVAQVE CELEBER-
RIMIS,
DOMINIS AFFINIBUS ET FAUTORIBUS SUIS
MULTIS NOMINIBUS SUSPICIUNDIS,
Hunc de Libris mercatorum *Tractatum offert*
& dedicat
ANDREAS CHRISTOPHORUS RÖSENER, D.



Lectori Salutem!

Sisto Tibi hic, Benevole Lector, Tractatum qvendam de Libris Mercatorum, tanqvam jus aliqvod singulare, qvod in favorem commerciorum conditum ac observatum reperitur. Ansa & occasio hujus rei erat Dissertatio qvædam, qvam ante aliqvot annos hic Lipsiæ de eâdem materiâ habui: Cum verò hanc relectam, non nisi pro illius temporis ratione concisè, ac ferme tantùm sciagraphicè conscriptam; nonnulla etiam in eâ non satis ad palatum (ita enim evenire solet, ut priores fœtus provectioris plerumq; damnet ætatis judicium) deprehenderem: Curatiorem hanc aliqvan-

do, atque adinſtar juſti tractatus auctiorem, ſed poſt multas repugnantis animi rixas, ad inſtantiam Bibliopolæ, publicæ exponere luci conſtitui. Methodo cauſarum hodie receptiſſimâ circa elaborationem ſum uſus, verùm ita, ut in ſingulis capitibus præmiſſis qvaſi poſitivis ſive præceptis, controverſias praxinq; forenſem ſubjungerem; qvem in finem plus vice ſimplici reſponſa collegiorum juridicorum adduxi. Opuſculum qvidem per ſe impolitum & à reconditiore eruditione, ut modernum efflagitat ſeculum, alienum, oculis tamen multorum, in locis non tantùm Palladi, ſed etiam Mercurio addictis degentium, ut me ſpes fovet, forte non ingratum. Qvamvis verò jam tum non pauci ex JCtorum numero de commendabili hoc maximeqve practico paſſim dixerint argumento; attamen qvi illud ſeriò atqve ex profeſſo juſto-

qve

qve explicitum tractatu dederit, (qvoad mihi qvidem soliciter rimanti compertum est,) in hunc usqve diem vidi neminem. Hæc Te Lector æqvissime, ne instituti nostri te ratio, subministrataqve conscribendo huic primùm Tractatui occasio lateret, protinus in vestibulo monere operæ arbitratus sum pretium; Accipe itaqve hunc laborem eo animo, qvo tibi offertur, nimirum benevolo, & si qvædam non eô modo, qvo debebant, tractata, vel planè prætermissa, occurrant, æqvum abs Te expecto judicium, communis memor conditionis, celebrisqve apud Xenophontem sententiæ: Haud facilè opus aliqvod reperias, cujus nullam partem qvisqvam reprehendat: difficile enim est ita qvicqvam peragere, ut nihil erres.

 Vale

Vale, ſtudiaqve noſtra, qvà caritas atqve æqvitas ſinunt, commendata habe. Dabam Lipſiæ, Nundinis Vernalibus, Anno M DC XCIV.

ANDREAS CHRISTOPHORUS RÖSENER, D.



Mira-







Iramur, varios juvit qvos edere libros
Hactenus ingenio plurima & arte bonos,
RÖESNERE excelſæ vates venerande Themiſtos,
Afflicti eximium præſidiumqve gregis.
BECHTOLDUS ſubiit per te locupletior orbem,
Rebus communes accumulasqve Locos.
Scire, *reſervamus jus ut, qvod competit*, amplæ
Perpetuò visum eſt utilitatis opus.
Materia hæc qvondam diſperſa hinc inde jacebat,
Per ſtudium ſed nunc ordine ſcripta tuum eſt.
Qvæ *de non offendendo ſit cautio* firma,
Signata *HERCULEO* nomine penna dedit.
Hæc iterùm nobis curâſti ſcripta recudi,
Multisqve illuſtras propoſita ante notis.
Per ſimilem prodit curam OLDENDORPIUS auctus,
De rebus juſti dum docet ille fori;

Oſtendens, actor ſoleat ſi perſeqvi iniqvus,
Qvid pro ſe excipiat jure volente reus.

Röesnere, ingenii hæc variæ monumenta videmus
Doctrinæ ſummi nobilitate tui.

Hæcqve etiam multos calidô fervore legentes
Rebus perſpectum eſt, erudiiſſe bonis;

Et tua per doctum jam mittere nomina mundum,
Atqve inter juſtæ fulcra locare Deæ.

Sed finis nondum eſt. Nam ſic dum multa paráſti
Commoda, rurſus adeſt nunc novus ecce liber,

Juris congeſta par præcedentibus arte,
Plures qvâ alliciat, commoditate prior.

Mercantûm rebus nam facta volumina tractans
Hos ſimul & doctos ad ſua jura vocat.

Et benè! Juſtitiæ video delubra colentes,
Ut redimant cupidâ, ſcripta, venire, manu,

Sumpturi, lites inter commercia natas
Optati medici qvâ ratione levent.

Qvin rebus propriis mercantes plurima ſpondent,
Auctorisqve ſibi nomina grata colunt,

Ut ſua promoveant rectè, nova Scripta parantes,
In menſis dantes & loca certa ſuis.

Hæc homines faciunt. Tu verò munera præſtes,
Cylleni pariter numine digna tuo.

Et velut interpres per vaſtum Numinis orbem
Ferre bonus ſummi cœlica juſſa ſoles;


Sic & cum primis Röesneri ſpargito libris,
Qvæ de te meruit, gratus in ora virûm.

Audiit

Audiit hæc Deus, & vernis mercatibus instans
Annuit, & vatis mox rata verba facit.
Qvippe inter merces cum docto autore politum
Scriptum hoc procurat, qvâ patet orbis, eat.

Sic Consultissimo Auctori post Bechtoldi Locos Communes, de Reservatione Juris Competentis proprium, ut & de Cautione de non offendendo Francisci Herculani Perusini Tractatum, nec non Johannis Oldendorpii Syllogen Exceptionum Forensium de Libris Mercatorum perutile opus edenti gratulatur

M. Joh. Heinricus Ernesti,
Poëſ. Prof. Publ.



INDEX CAPITUM.



JUVANTE DEO!

TRACTATUS JURIDICI, DE LIBRIS MERCATORUM.

CAP. I.

De DEFINITIONE NOMINALI.

SUMMARIA.

 Auspi-

1. Uſpicaturus ſub auſpiciis diviniNuminis, de nominatiſſimâ ac fere qvotidianâ LIBRORUM MERCATORIS dicere materiâ: inconſultus fortaſſis habebor, ſi in recenſendis illius, ſub operis ingreſſum encomiis,
2 prolixior eſſe ſuſtinuero. Adeo vel leviter in foro verſatum reperiri credo neminem, qvi non ſummam illius utilitatem, ampliſſimumqve in Di-
3 caſteriis atqve ſubſelliis uſum agnoſcat. Ante verò, qvàm ad rei ipſius exegeſin deſcendamus, paucis vocabulorum enodationem præmittere operæ videtur pretium. Rationem enim ante omnia verborum vocabulorumqve habendam eſſe edocemur *l.* 1.
4 *pr. ff. de Reb. Cred. l.* 1. *§* 1. *de ſuſpect. tut. & curat.* Hinc Labeonem ex ſcientia originis, rationis ac proprietatis latinarum vocum maximos juris nodos diſſolviſſe ferunt. Coraſ. *ad tit. de Orig. jur. p. m.* 225. Cum verò inſcriptio præſentis Tract. duo contineat vocabula, de iis ſeparatim breviter agamus, oportet. Vocis itaqve LI-
5 BRI ETYMOLOGIA primùm excutienda venit. Acutiſſimus Scaliger *in Var. Lect.* illam format a *Luo* qvod *Lui* i. e. ſolvi qveat, aut ſoleat. Alii rectius derivari eandem volunt à græcâ voce λέπυρον, qvod eſt cortex, ita dictus, qvod deglubitur. Qvod enim pellis in ani-
6 mali, hoc cortex in ſtirpe eſt. Nam antiqvitus, uti notiſſimum, ſcribebant in cortice ac libro, unde nomen remanſit apud poſteros, λέπος, λέπυρον primùm *lebos*, *leber*, poſteà *liber*, *libellus*. Qvibus non repugnat Serv. *in* 11. *Aen.* aſſerens, qvod liber dicatur interior corti-
7 cis pars, qvæ ligno cohæret; Qvia ante uſum chartæ vel membranæ de libris arborum volumina compaginabantur.

nabantur Plin. *Lib.* 13. *Cap.* 11. Chriſt. Becman. *Origin.
lat. ling. voc. Liber.* Herodian. *Lib.* 1. *Hiſtor.* & Mart.
Capella *lib.* 2. *de Nupt. philolog.* Hinc Ulpian. *in l.* 52. *pr.
ff. de Legat.* 3. *Librorum*, inqvit, *appellatione continentur* 8
*omnia volumina ſive in chartâ, ſive in membranâ, ſive in
qvavis alia materia: Sed & ſi in philyra, aut in tilia (ut
nonnulli conficiunt,) aut in qvo alio corio, idem erit di-
cendum.* Adeoqve apparet antiqvis temporibus in *Ti-
liâ* & *Phylirâ* libros conſcribi ſolitos. conf. Cottæ *me-
morabil. voc. liber.* Qvoad HOMONYMIAM paucis 9
notandum, qvod (1.) pro certâ operis parte accipia-
tur, v. g. pro Pandectis juris vel pro Codice; (2.) pro
inventario (3.) pro regiſtro (4.) pro volumine (5.)
pro ſcriptura breviori, teſte Budæo & Calvino in *Lex.
jurid. hâc voc.* Hic verò denotat ſubnotationem ex la- 10
tiori ſcripturâ. SYNONYMIAM qvod attinet, poſſunt
etiam libri mercatorum appellari rationes, continentes 11
ultro citróqve data accepta, credita, obligata ſoluta *l.* 6.
§. 3. *ff. de Ed. ibiqve* Gothofr, Gœdd. *ad l.* 55. *num.* 9. *ff. de
V. S.* rationum autem verbo omne inſtrumentorum
genus continetur. *l.* 82. *in f. ff. de Condit. & demonſtrat.*
Brunneman. *ad l.* 5. *C. de Ed. num.* 9. Mercatoris vox 12
a variis variè deducitur, nos eorum ſententiæ accedi-
mus, qvi vocabulum mercator a verbo *mercari* deri-
vant, qvod eſt emere, nundinari, mercaturam exer-
cere, Kauffen/ Kauffſchlagen. Gœdd. *ad l.* 66. *ff. de V.
S. num.* 3. Sunt enim mercatores hujus conditionis, ut
qvas res emerunt, easdem in ſpecie carius vendant.
Sic apud Plutarchum dicitur *mercari græcâ fide*, i. e. nu- 13
meratâ pecuniâ, qvippe græcis ob levitatem fidei fi-
des non habebatur, niſi præſentem numeraſſent pecu-
niam. conf. Calvin. *in Lex. Jurid. hoc verb.* Porro ne 14
HOMONYMIAM hujus vocabuli prætermittam, vide-

tur mercator, qvemadmodum mercatura apud Platon in Dialog. diſtingvi in *proprium* & *improprium, impropriè* talis dicitur, qvi animi diſciplinas nummis commutat. Cum enim ſcientiæ & artes pretio nummario
15 non ſint æſtimandæ *l. 1. §. 5. ff. de extraordinar. cognit.* nec artes proptereà dicendæ venales, qvod præceptoribus pro labore atqve induſtria aliqvid detur, hoc qvippe
16 ex JCtorum judicio, *in l. 27. ff. de Donat. & l. 4. ff. ubi pupill. Educ. deb.* remuneratio eſt, non merces, ſed honorarium dicitur, qvod ſc. ad honorem illis tribuatur *l. 1. ff. ſi menſor. falſ. mod. l. 1. ff. de Extraordinar. Cognit.*
17 Sic judices qvandoqve appellantur *Mercatores*, qvi ſententiam venalem habent, & ut *l. 3. C. ad L. Jul. repetund.* loqvitur, *qvi alienum jurgium ſuam prædam putant.* Sic *d. l. privatarum qvoqve litium cognitor idemqve mercator, ſtatutam legibus, ſeu ut* Codex Theodoſ. habet, *in l. 5. eod. parem capitis ac vitæ, qvæ peculatus reos con-*
18 *ſuevit involvere, cogetur ſubire jacturam.* Eodemqve, aut certè non multùm diverſo ſenſu dicuntur *mercatores poteſtatum* apud Lampridium, *provinciarum* apud Ciceronem, vid. Jacob. Gothofred. *in Comment. ad d. l. 5.*
19 *C. Theodoſ.* Qvi verò mercatores *propriè* dicantur, latius tractat Stracha *de Mercat. p. 1. & Cap. IV. hujus tr.* atqve ſunt illi, qvi mercibus cum lucro negotiantur, uti apparet ex
20 *l. 207. ff. de V. S.* Deinde vocabulum mercatoris eſt vel
21 *generale* vel *ſpeciale.* In generali acceptione denotat illum, qvi hoc fine emit, ut mutatâ forma vendat, veluti cum qvis emit lanam & conficit pannum, emit ferrum infectum, & vendit factum, qvi non mercatoris ſed mechanici, & ſecundum diverſas ſpecies artificii lanifici, textoris, fabri &c. titulum ſibi vendicare poteſt, qvæ enim propriis nominibus diſtingvuntur, idem non ſunt. *l. 7. C. de jure Codicill.* Scacc. *de Commerc. §. 1. Qv.*

1. *num.*

1, *num.* 13. In speciali verò significatu mercator est, 22
qvi rem emit, ut integram & non mutatam carius cum
lucro vendat. Hahn. *ad Tit. de Contrah. Emt. num.* 4.
qvâ de re in seqq. Tandem duo hæc nomina, NEGO- 23
TIATOR & MERCATOR videntur esse unum idemqve cum juris interpretes hæc nomina ponant tanqvam SYNONYMA, iisqve promiscuè utantur, num verò hoc rectè, videbimus in Cap. IV. Germanicè dicuntur Mercatores Kauffleute / Handelsleute & nonnullibi locorum dici amant Handels-Herrn.

CAP. II.

DE DEFINITIONE REALI AC DIVISIONE.

SUMMARIA.

Connexio num. 1.
Definitio librorum mercat. n. 2.
Explicatur genus definitionis n. 3,
Triplex datur species scripturæ privatæ n. 4.
Liber rationum est triplex. n. 5.
Fit applicatio. n. 6.
Definitionis differentia specifica n. 7.
Librorum mercat. divisio num. 8.
Qvæ ulterius deducuntur ex Spatens Secretariat-Kunst. n. 9.
Adducitur alia horum librorum Divisio ex Jacobo Savaray num. 10.
Qvalis sit liber mercatorum secretus n. 11.

Visâ præmissaqve Definitione Nominali, ad rea- 1
lem transeo. Nam ordine hoc usos fuisse JCtos patet ex *l. 5. §. 3. & 4. de pecul. l. 1. ff. de furt.* Definitio ergo talis esto; Libri mercato- 2
rum

rum ſunt libri a mercatore integræ fidei ritè confecti ad fidem ſemiplenè faciendam; Conſtat hæc Definitio
3 *genere* & *differentiâ ſpecificâ*. *Generis* locô eſt *liber* & licet definitum non debeat ingredi definitionem, aliud tamen eſt, ſi non totum definitum, ſed pars tantùm ejus ingreditur definitionem. Imo in jure noſtro non eſt novũ ùt unum idemqve vocabulum & generis & ſpeciei vices ſuſtineat vid. *Notata ad Herculani Tract. de Cautione*
4 *de non offend. Cap.* 1. Conſtat verò ex jure, privatæ ſcripturæ triplicem dari ſpeciem (1.) apocham, Antapocham vel Syngraphum, qvæ veniunt communi chirographi nomine (2.) Librum rationum (3.) Eipiſtolam. De priori & poſteriori nihil attinet in medium afferre, cum noſtri non ſit inſtituti eaſdem prolixius perſeqvi: Me-
5 dia verò ſpecies ſeu Liber rationum huc facere videtur, qvi iterum triplex a Dd. ſtatuitur. Primus, qvi confectus eſt ab aliqvo, ratione ſui officii: Secundus ratione adminiſtrationis: Tertius, qvi pro arbitrio & voluntate ſcribentis, prout res poſtulat, privatim eſt conſcriptus: Primi generis eſt, qvem facit dominus contra ruſticos, item liber argentariorum, Gabellariorum, theſaurarii &c.; Secundi generis, qvem facit inſtitor contra dominum, tutor, curator, Rector Academiæ, Syndicus civitatis, aut alterius univerſitatis, Oeconomus vel præpoſitus monaſterii, Eccleſiæ Hoſpitalis &c. Tertia ſpecies vulgo dicitur ein Handregiſter oder Handbuch Nicol. de Paſſer a Janua *Tr. de priv. ſcript. lib.* 1. *qv.* 2. *n.* 5. & *L.* 4. *qvæſt.* 1. Jacob. Bornitius & Joh. Gaaito *Tr. de Credito.* Munnoz ab Eſcobar de *Ratiocin. Adminiſtrat.* Chriſtoph. Beſold. *Theſaur. pract. voc.* Handſchrifft.
6 Primi & ſecundi generis ſpecies ad præſentem tracta-
7 tum non ſpectant. *Differentia ſpecifica* in confectione á mercatore integræ fidei ritè factâ conſiſtit, de qvâ re in

in Cap. VII. plenius. Definitionem excipit aliqvalis *divisio*, qvâ dividi possunt Libri mercat. in tres ordinarios: qvorum primus communi simpliciqve nomine venit das Strazzo- oder Glitterbuch/ seu charta consuta, gallica voce *scarte foglie* continens negotiorum in nundinis expediendorum seriem Scacc. *de Commerc.* §. 2. *gl.* 4. *num.* 12. Huic succedunt ephemerides, seu adversaria, voce Italica *Giornale*, Gallicâ *Journale*, German. Tag- oder Handbuch/ comprehendentes qvolibet die gesta seu debita & credita, non observato qvodam rigeroso ordine, omnesqve conditiones ac conventiones ex illis animadverti, & postea in librum principalem referri possunt. Tertium occupat locum liber principalis, german. das Haupt- oder Schuldbuch/ in qvo cuilibet debitori creditoriqve præcipua assignatur pagina seu Conto, sinistrum puta latus ac dextrum: Illi annotatur qvid alter tibi debeat, qvodqve tempus ad solvendum ipsi sit constitutum; in hoc observes qvæ solverit, qvæqve ipsi debeas. Inscripta igitur huic libro sunt nomina tam activa, qvam passiva, ratione habitâ justæ dispositionis distinctionisq; debitorum. Ante omnia enim hic liber justus sit necesse est, in qvo omnia conclusivè sint scripta à mercatore, cum utramqve faciat paginam, & cardo in eo versetur omnis, conf. Spathens Teutsche Secretariat- Kunst in Anhang/ *sub tit.* von Kauffmanns Brieffen/ ubi sub Num. 1. ita disserit. In gar grossen Handlungen hat man 1. ein Calculatur oder Rechen Buch/ 2. Unkosten Buch/ 3. Ein Brieff- oder Copier- Buch/ 4. ein Monath- Buch/ 5. ein Geheim- Buch/ 6. ein Cassa-Buch. Das Calculatur- oder Rechen- Buch/ wie auch das Monath Buch kan in das Memorial oder Glitter- Buch gebracht werden. Die Unkosten können in dem Haupt Buche/ unter den Titul Unkosten

kosten Conto geführet/ wie auch das Cassa Buch bey der Cassa Conto erspahret werden. Das Brieff und Bilantz Buch mag/dem Inhalt nach in das Journal gebracht werden/ und ist der Unterscheid/ daß in dem Glitter Buch ein ieder/sowohl Junge/ Diener als Herr schreibet/in das Journal oder Hand-Buch der Diener und Herr allein die Posten einträgt: Oder der Diener hält das Journal allein/ der Herr aber das Haupt-Schuld-Buch/ 2c. De allatis autem in medium tribus illis speciebus speciatim ita porro loqvitur; v. g.

1. Von dem Glitter Buch.

Das Glitter- oder Kleck-Buch wird auch Scarte foglie, oder schlecht zusammen genehete Blätter genennet/ und wird ohn gefähr hinein geklittert/ was in der Handlung zu Laden oder Marckt vorgehet/ und bemercket man aussen die Jahrzahl/ inwendig den Monaths-Tag/ darneben/ was man versendet oder verkaufft oder empfähet/ was auch sonsten in Wechsel und Handlung geschlossen wird. In diesem Buche formiret und berechnet man die Partheyen/meldet die Termine/ Gewicht/ Maß/und wenn in den andern Büchern eine Irrung sich ereignet/so läufft man in dieses zurücke. Manche grosse Handlung erfodert 2. Memorial/ eines so im Gewölbe/Krahm und Buden zur Hand lieget/ darinnen der Empfang und Versand oder Verkauff/ ein ieder so gut er es verstehet/ einschreibet/ das andere auff dem Cantor/welches auch in 2. Theile kommen kan. Des einen bedienet sich der Patron/ oder der/ so sich der Börsche oder Herren Marckts gebrauchet/und was in Handlung durch ihn passiret / memorialiter einschreibet/ den andern Theil kan der Buchhalter zur Copey Journals gebrauchen. 2c.

Von

Von dem Journal.

Das Tag- oder Handbuch soll enthalten alles / was täglich in Gewerb und Handlung vorgehet / und zwar ohne Ordnung/ausser der nach und nach erfolgten Zeit/da denn die Schulden und Gegen-Schulden mit ordentlicher Disposition und richtiger Unterscheidung des Debits und Credits, alle Posten darinnen fundiret und formiret/ daß daraus alle Conditiones und Verträge zu ersehen/hernacher in das Schuld-Buch eingetragen werden können/ und schreibet hierein der Buchhalter also: Cassa soll mir per Capital &c. Das SOLL ist für der Debitoren oder Schuldner/SOLL HABEN ist für den Creditoren und Gläubiger etc.

Von dem Haupt- oder Schuld-Buche.

Sind alle Partheyen richtig zu Journal gestellet / so muß man sie von dar in das Haupt- oder Schuld-Buch eintragen/ denn das Buch ist ein Außzug von Journal, darinnen wird iedem Debit- und Creditorn, so sich im Journal befinden/ein ordentlich Conto gemacht / nehmlich eine lincke und rechte Seite/ auff welche lincke Seite allemahl geschrieben wird/ was er schuldig/ und wenn es zu bezahlen verfällt/ dargegen auff die rechte Seiten wird geschrieben was er bezahlt/ oder das man ihm schuldig wird / mit wenig Worten/ allein umb der Summa willen/ und ist zu solchen vonnöthen ein Register nach der Ordnung. A. B. C. D. &c. mit der Blätter Zahl übereinstimmend / damit man die Nahmen/ Personen/ Cassa/ und Güter oder Wahren unverzögert finden könne/rc. Jacob Savaray 10
in seinem vollkommenen Handelsmann. *pag.* 293. recenset novem libros eorum mercatorum, qvi pretiosam mer-

caturam exercent, so den Handel mit güldenen / silbernen und seidenen Stücken treiben / hunc in modum, juxta lingvam Vernacul. Das erste ist zu tituliren Kauff Buch / darinnen sie von Tag zu Tage die eingekauffte Wahren nach den facturen / so sie von den Grossirern / die ihnen Manufacturen verkaufft und geschicket / empfangen / einschreiben sollen; dieses Buch aber in guter Ordnung zu halten / muß man erstlich mit den Kauffleutē / von welchen man die Wahren erkaufft / nach Inhalt der Facturen Rechnung schliessen / weiln die Ellen / Maaß manchesmal mit den Facturen nicht übereinstimmen / wenn man derowegen / ehe die Wahre gemessen / und das Conto adjustirt dieselben einschreibe etc. Dieses Buch muß bezeichnet und unterschrieben seyn / damit demselben Glauben zugestellet werden möge. Das andere Buch ist ein Extract des Kauff-Buchs / welches in Debit und Credit zu halten / nehmlich daß auff der rechten Hand / wenn man das Buch eröffnet / welches der Credit in einem Articul, die in dem Verkauff-Buche stehende erkauffte Wahre / mit Zeichnung des Blats des Verkauffbuchs einschreibe / auff der andern Seiten aber der lincken Hand / so Debit genennet wird / die beschehene Zahlung eingetragen. Dieses Buch darff nicht unterschrieben noch bezeichnet seyn / weiln es in Gerichte ungültig / indem es allein zum Bericht vor sich selbsten / und was man schuldig / desto leichter zu erkennen / und die Confusion zuverhüten dienet.

Das Dritte ist ein Journal, worin alle Wahre / so auff Credit verkaufft / nach der Ordnung geschrieben werden / dieses nun muß unterschrieben und bezeichnet seyn / damit es im Gerichte gültig.

Das Vierdte Buch ist ein Journals-Extract in Debit und Credit gehalten / auff Manir, wie der Kauff-Extract geschehen.

Das

Das Fünffte ist ein Verkauff-Buch/ darin was vor Wahre umb baar Geld verkauffet/ und was von den Schuldnern empfangen worden/ eingetragen wird/ welche hernach in dem Journals-Extract der auff Credit verkaufften Wahren auff ihren Conto getragen wird. Dieses Buch darff auch nicht unterschrieben und bemercket seyn/ weiln dasselbe zu nichts anders/ als eine gute Ordnung zu halten/ dienet.

Das Sechste Buch ist ein Cassa-Buch des außgezahlten Geldes/ in welches die Kauffleuten was sie so wohl ihren Gläubigern/ als was sie vor Hauß-Unkosten bezahlet/ nicht Stückweiß/ sondern überhaupt/ als zum Exempel/ 2. oder 300. fl. vor allerley Außgab/ Haußzins/ oder insgemein allerley Unkosten/ einschreiben. Dieses Buch aber in guter Ordnung zuhalten/ soll die Qvittung von dem jenigen/ der die Bezahlung empfangen/ gestellet seyn/ umb die Qvittungen auff fliegenden Zeduln/ die leicht verlohren gehen/ nicht auffzubehalten. Es ist nicht vonnöthen/ daß dieses Buch unterschrieben und bezeichnet werde/ weiln es zu nichts anders/ als eine Ordnung zu halten/ dienet.

Das Siebende wird genennet Cassa-Buch/ welches in Debit und Credit zu halten/ und ist eigentlich ein Extract des Verkauff-Buchs umb baar und Buch des bezahlten Geldes/ in welches in Debit alles dasjenige/ was man empfangen/ und in Credit, was man von einem Tag zum andern gezahlt hat/ geschrieben wird.

Das Achte wird genennet Factura-Buch/ welches auch in Debit und Credit zu halten ist/ darin man die Wahre/ welche das Jahr über gekauffet/ einzeichnet/ und daraus erkennet/ ob man nicht bestohlen worden sey.

Und ob wohl die Kauffleute von Seidnen/ Güldnen und Silbern Stücken wenig Wahren zu färben geben/ nichts desto minder aber ist es nicht ungereimt/ daß die

jenige/welche Italienischen Boy und Englische/auch andre Sarges weis einkauffen wollen/und denselben färben lassen: Ihr Farbebuch halten/und dieses ist das neundte Buch.

11 Præter hos memoratos libros, mercatores etiam, diffusis in primis negotiationibus occupati, præterqvam qvod scriniis suis Magistrum qvendam præponant, qvi maxima minimaqve sedulò annotet, qvæ in rem ipsorum maximè facere putantur: ipsi etiam librum qvendam, qvem secretum vocant, Das Geheim-Buch/ manu suâ perscribere consveverunt; in qvo non tantùm omnem patrimonii sui summam, sed omnem etiam mercimoniorum rationem, qvasi in brevi qvadam tabellâ delineatam habent: tum, ut in eo totius mercaturæ suæ statum qvotidiè contemplentur; tum ut exinde rursus, qvoties lubet, rationem de eâ, de lucro cessante, deq; aliis ad negotiationem pertinentibus inire valeant.

CAP. III.

DE

CAUSA EFFICIENTE REMOTA.

SUMMARIA.

Librorum mercat. Causa Efficiens remota. n. 1.

Consvetudine multa in jure sunt recepta, n. 2.

Illustratur tum ab autoritate pactorum, tum à materia fideicommissorum. n. 3.

Scriptura non avthentica vi consvetudinis potest facere fidem num. 4.

Consvetudo loci potest supplere fidem Scripturæ n. 5.

Qvid speciali consvetudine circa scripturam Romæ receptum. num. 6.

Qvid Venetiis. n. 7.

Apud Belgas contractus debent scribi in charta signatâ. n. 8.

Qvod deinde alibi receptum. n. 9.

Ulterius declaratur vis consvetudinis circa probationem. n. 10.

Scripturæ mercatorum ex consvetudine fides habetur. num. 11.

Qvod fit secundum consvetudinem jure

jure factum dicitur. n. 12.
Qvi consvetudinem etiam iniqvam servat, excusatur à dolo. num. 13.
Heres conficiens inventarium secundum loci consvetudinem, non tenetur pro debitis defuncti. n. 14.
Heres vi consvetudinis non faciens inventarium, non delinqvit n. 15.
Consvetudo est facti & probanda. num. 16.
Resp. dubio, dum dicitur jus n. 17.
Non est probanda consvetudo notoria. n. 18.

CAusa efficiens est vel *remota* vel *proxima*, *Remota* est consvetudo, qvâ inductum, ut libri a 1
mercatore confecti fidem faciant. Et hoc non 2
insolens ipso jure Romano, ubi non pauca usu ac consvetudine recepta fuerunt, tùm circa modum procedendi, sive formalia processus, qvalis est mos dandi 3
judicem. Cum enim prætores autoritatis ac dignitatis suæ tuendæ causa de privatorum controversiis non judicarent, sed judices privatos darent, tandem, permittente id tacitè populo in morem abiit, ita ut Prætores non nisi extra ordinem judicarent, si videlicet favor causæ, necessitas aut æqvitas exposceret Sutholt. *de jurisdict.* §. 295. & 311. tum circa merita causæ, ut videre licet §. 1. *Instit. de fideicom. heredit.* ubi fideicommissa, anteqvam approbata sunt, diu in usu fuisse dicuntur. Licet enim heredi fiduciario nulla necessitas 4
præstandi incumberet, tamen sponte suâ solvere propter pudorem, non prohibebatur, unde Seneca: *Religiosus homo sanctusqve solet tueri fideicommissa*, tandem verò propter insidiam qvorundam confirmabantur *d.* §. 1. Licet itaqve scriptura, qvæ non est avthentica nec pro tali habetur, fidem non faciat, fallit tamen hoc si ex consvetudine loci vis probandi ipsi tribuitur Felin. *in cap. ad audientiam vers. qvinta conclusio num. 15. de præscription.* qvem seqvitur Put. *Decis. 451. num. 2. lib. 2.* Ratio 5
hujus

hujus est, qvia consvetudo loci potest supplere fidem scripturæ, ita ut scriptura privata fidem faciat, cui aliàs parum inesset momenti, sicut testantur Joh. Andr. ad Speculat. *tit. de instrument. edit. §. nunc dicendum* Bald. *in rubr. num. 45. C. de fid. instrument.* Rom. *Conf. 204. num. 8.* Mascard. *de probat. Conclus. 1294.* Et hinc statur scripturis secundum diversas consvetudines locorum:
6 Nam Romæ speciali consvetudine observatur, ut in his, qvæ sunt modici præjudicii, qvamvis non constet, qvod sigilla sint eorum qvi scribunt & homines sint non magnæ autoritatis, credatur nihilominus illis, ut scribit Innocent. *in Cap. 1. in fin. de fid. Instrument.* & Venetiis, uti
7 referunt all. Joh. Andr. & Bald. *d. l.* Jason. *in l. 31. ff. de jurejur. num. 2.* fides habetur instrumentis scriptis per sacerdotes. Alibi probat certum sigillum, certa subscri-
8 ptio, certa formæ impressio, Joh. Andr. *all. l.* Uti in multis locis postea per modum pragmaticæ sanctionis constitutum est, ne aliter valeant contractus aut actionis effectum producant, nisi in chartâ signatâ vel sigillatâ iidem fuerint conscripti auff gestempeltes Pappier/ qvod maximè viget apud Belgas teste Boxhornio *de*
9 *stat. fœderat. Belg. cap. 12. §. 38.* Qvem morem deinde aliæ provinciæ & regna receperunt, sicut de Hispaniâ testatur Andr. de Mendo *Tr. de jure Academ. lib. 1. Qv. 22. num. 479:* qvod etiam in Marchiâ ita observatur per expressam Sanctionem Electoralem de dato *d. 15. Julii Anno 1682.* Dn. Stryk. *Tract. de Cautel. Contract. Sect. 1.*
10 *Cap. 6. §. 22.* Eadem consvetudo potest inducere, ut credatur privatæ scripturæ etiã non recognitæ Modern. *Tr. de Process. Execut. part. 3. cap. 1. num. 128.* Potest qvoqve consvetudo invalidam probationem reddere validam
11 Felin. *in cap. cum dilectus n. 23. de fid. instrum.* Pari modo scripturæ mercatorum minus plena imo qvoqve plena

fides

fides ſecundum diverſas locorum conſvetudines, uti infra dicetur, tribuitur. Qvod igitur fit ſecundum con- 12
ſvetudinem, jure factum dicimus, cum ipſa conſvetudo ex juris autoritate vigorem ſumat *§. ex non ſcripto Inſt. de jure Nat. Gent. & Civ.* Aym. Cravett. *de antiqvit. temp. 1. part. limit. 4. num. 28.* Roman. *Sing. 19.* Qvinimo 13
etſi conſvetudo eſſet iniqva, qvi eam ſervaret, excuſaretur a dolo Gl. & Bart. *ad l. 22. §. fin. ff. de pignorat. act.* Bertazol. *lib. 1. Conſ. Dec. conſ. 70. num. 7.* Bernhard. *Græv. 2. Concluſ. 8. conſ. 1.* & culpa vacat, qvi facit id, qvod conſvetum eſt communiter fieri Jaſon. *in l. certi §. nummos ff. de Reb. Credit. num. 21.* Cravett. *conſ. 8. n. 68.* Dec. *Reſp. 29. num. 16. Vol. 1.* Regn. Sixtin. *inter Conſil. Marpurg. conſ. 20. vol. 2. n. 19.* Hinc ſi heres conficiat in- 14
ventarium bonorum defuncti ſecundum loci conſvetudinem, etiamſi formam juris prætermiſerit, non tenetur pro debitis defuncti, Joſeph. Ludov. in *comm. Opin. fol. 525. illat. 91.* Et ſi conſvetudine fuit receptum, ut here- 15
des non facerent inventarium bonorum defuncti, non delinqvit heres, qvi talem ſeqvitur conſvetudinem, neqve ob id creditoribus & legatariis ultra vires hereditatis obligatur, Gutierr. *de tutel. cap. 1. n. 32.* Munnoz de Eſcobar *de Ratiocin. Adminiſtrat. Cap. 9. num. 42. ſeqq.* Qvia 16
verò conſvetudo eſt facti, ideoqve probanda *l. 22. l. 24.* ubi Bart. Bald. & Jaſon *de LL.* Gl. *ad l. 1. C. qvæ ſit long. conſvet.* Maſcard. *de probat. Concluſ. 423. num. 26.* Pariſ. *Conſ. 31. num. 14. vol. 2.* Cravet. *Conſ. 624. num. 13.* Nec 17
facit, qvod dicatur jus, *Can. Conſvetudo diſt. 1.* Nam qvando conſideratur à principio, qvatenus ex actibus inducitur, facti eſt, ſed poſtqvam in eſſe deducta, eſt juris *l. 27. §. 2. ff. de pact.* Qvomodo autem ſit probanda, patet ex Mynſ. *reſp. 17. num. 23.* Gail 2. *Obſ. 31.* Maſcard. *de probat. Concluſ. 123.* Non vero eſt probanda conſvetudo

notoria 18

notoria; qvalis etiam illa, qvâ libri mercatorum probandi vi semiplenâ in foro nostro sunt instructi.

CAP. IV.

DE CAUSA EFFICIENTE PROXIMA.

SUMMARIA.

Causa Efficiens prox. Librorum mercat. est mercator integræ fidei. num. 1.

Adducitur eum in finem Reformatio Norica n. 2.

Describitur mercator, descriptioqve plenius explicatur n. 3.

Artem ipso actu non exercentibus, non competunt privilegia. n. 4.

Fit applicatio ad mercatores. n. 5.

Mercator diversas diversis in locis potest exercere negotiationes. n. 6.

Vocabula negotiator & mercator inter se differunt ut latius & angustius num. 7.

Negotiator qvis sit, num. 8.

Hæc vocabula aliter distingvit Calvinus in Lex. jurid. n. 9.

Secundum mores nostros differentia inter mercatorem & negotiatorem non attenditur, num. 10.

Lucrum in mercatura non debet honestatis ac justitiæ terminos egredi, n. 11.

Lucrum mediante mercaturâ, debito modo qvæsitum, est honestum & licitum n. 12.

Emere & permutare mercaturæ essentiam ingrediuntur. n. 13.

Antiqvitus unum idemq́ erat permutatio & emtio. n. 14.

Aliud secundum mores nostros. n. 15.

Nominis differentia rei denotat discrepantiam. num. 16.

Forma mercatoris in IV. reqvisitis consistit num. 17.

Ad mercaturam reqviruntur actus plures num. 18.

Unus & alter actus non introducit habitum. n. 19.

Mercator non debet merces minutatim h. e. ad ulnam, pondus mensuram distrahere. num. 20.

Minutatim ita merces vendunt propalæ. n. 21.

Hodie etiam mercatores dicuntur qvi ad ulnam, pondus &c. merces vendunt. num. 22.

Mutatâ

Mutatâ forma ipsa res mutatur num. 23.

Qvi merces emunt, ut eas in aliam formam mutatas vendant, non sunt mercatores, sed opifices. n. 24.

Adducitur statutum Lubec. num. 25.

Item Leipziger Crahmer Innung. *num. 26.*

Opificum libri non habent vim probandi ut libri mercatorum. n. 27.

Probatur ex actis judicialibus & sententia Scabinorum Lips. num. 28.

Qvi merces emunt, easq; alienâ elaborari curant operâ, dici possunt mercatores n. 29.

Mercator debet proprio nomine negotiari num. 30.

Institores non sunt mercatores. num, 31.

Nec proxenetæ, eorum tamen libri de consvetudine probant. n. 32.

Non sunt mercatores assecuratores. n. 33.

Qvi mercaturam per alium exercet, mercator potest esse adhibita distinctione. n. 34.

Allegans debet probare id, qvod allegat. n. 35.

Qvi se mercatorem dicit, debet hoc probare. n. 36.

Qvomodo probetur, remissive. num. 37.

Mercaturam exercere est actus meræ facultatis n. 38.

Ampliatur. num. 39.

Potest tamen de jure Civili ad certum modum restringi num. 40.

Mercatoribus licitum est sua habere collegia n. 41.

In qvæ ante omnia inqvirendum. n. 42.

Collegiis his introductis, nemo nisi in illis receptus potest certum aliqvod mercimonii genus exercere. n. 43.

Leipziger Crahmer Innung. *num. 44.*

Ubi hæc Collegia non sunt recepta, qvilibet, qvi non impeditur vel prohibetur, potest esse mercator. num. 45.

Mulier, cujus maritus fuit mercator, non desinit esse mercatrix. num. 47.

Leipziger Crahmer Innung. *n. 47.*

Mulier adhuc maritata negotiari potest. n. 48.

Jure Sax. etiam sine curatore mercaturam exercet, qvod videtur dubium per Reg. num. 49.

Resp. ad illud dubium. num. 50.

Propter personæ suæ qvalitatem mulier, si sc. est mercatrix, non eget cura, num. 51.

Adducuntur verba Constitut. Sax. num. 52.

In causis mercatorum non juris solennitas, sed æqvitas attenditur. num. 53.

Lege

privilegia sua non amittit. n. 112.

Illi qvi in tirocinio de re mercatoria non fuerunt edocti, ab eâ non prohibentur. n. 113.

Statuta locorum hic sunt inspicienda, literatisq; literarum commercium magis convenit. num. 114.

Pharmacopœos pro literatis habet Carpz. ex duabus rationibus. n. 115.

Qv. An pharmacopœus in foro mercatorum possit producere suos libros ut mercator num. 116.

Adducitur casus, qvi contigit in judicio mercat. Lips. n. 117.

Schedulæ à Medicis Pharmacopœis præscripta die Recepte/ *habent vim probandi. num. 118.*

Sententia Scabinorum Lips. num. 119.

Differentia est inter allegatam schedulam & extractum ex libro veri mercatoris. n. 120.

Pro Libro pharmacopœi responderunt Scabini Lipsienses. num. 121.

Sententia Lauterbachii de pharmacopœis. n. 122.

Causa Efficiens librorum mercat. non est qvilibet mercator, sed bonæ fidei. num. 123.

Præsumitur mercator talis præsumtione illa generali, qvâ qvilibet bonus præsumitur num. 124.

Bonitas naturæ hominis inest. num. 125.

Fides mutua hanc præsumtionem inducit. n. 126.

Videtur contraria præsumtio capienda ex ejectione mercatorum ex templo a Christo facta. num. 127.

Mercaturæ addicti anhelant ad cumulandas divitias. num. 128.

Mentio fit mercatoris cujusdam impii. n. 129.

Respond. rationi in contrarium, qvod illa mercatura à Christo notata ex loco & qvalitate sua vitium contraxerit. num. 130.

Jure etiam Romano illa nundinatio fuit illicita. n. 131.

Apud Romanos tabernæ argentariæ in foro erant. n. 132.

Omnia suo loco sunt peragenda. num. 133.

Mercatura illa Judæorum, personis a qvibus facta in templo, non convenit. n. 134.

Fuit etiam instar monopolii, qvod damnatur. n. 135.

Mercaturæ studere ex sui natura non est vituperandum. num. 136.

Mercatura satiata qvæstu honesta est, honestumq; producit effectum. n. 137.

Ex hujusmodi mercatura si mercator qvid superlucratur, dignum ipsius labore est præmium. n. 138.

Vitia

Vitia interdum dantur hominis, non artis, & discernendus usus ab abusu. n. 139.

Si de mercatorum vita suspecta atqve infamiâ constat, illorum libris non creditur. n. 140.

Non sunt mercatores, pro qvibus in optimam partem est præsumtio dardanarii. tricones, falsarii &c. variis Imperii recessibus & statutis damnati. num. 141.

Causa Efficiens minus principalis seu instrumentalis est institutor seu registrator. num. 142.

CAusa Efficiens proxima est vel *principalis*, vel 1
minus principalis. *Principalis* est mercator integræ fidei, seu ut Dd. loqvi amant, homo legalis, qvi veritatem scribere consvevit, Wesenbec. *Cons.* 36. *num.* 23. Gvid. Pap. *Dec.* 441. Nicol. Everhard. Jun. *Cons.* 6. *num.* 76. *vol.* 2. Ubi al- 2
legat Noricam Reformationem *tit.* 8. *leg.* 4. qvâ disertè statuitur, Daß der Kauffleute Schuld- und Handels-Bücher / so dieselbe ordentlich und nach ehrbahrer Kauffleute Gebrauch geschrieben sind / für dieselbe Kauffleute / zu Beweisung ihrer daselbst eingeschriebenen Schulden und Handlungen dermassen angenommen werden sollen / so dieselben Kauffleute sonst in ihren Gewerbe auffrichtig und ehrbar befunden / und eines guten Leumuth seyn. conf. Klock. *de Contribut. Cap.* 20. *num.* 417. Primùm 3
hic agendum de ipso mercatore, qviqve talis dicatur. Mercatorem descripsit Stracha *in Tract. de Mercaturâ*, qvi negotiationum exercendarum, qvæstusqve liciti faciendi causa freqventer merces permutat, seu emit, ut easdem non minutatim, nec mutata per se formâ distrahat. Qvam descriptionem paulò plenius secundum singula membra examinare lubet. Dicitur primò *negotiationum exercendarum*. Non enim sufficit 4
merces negotiandi animo vel eo fine habere, ut distrahantur, nisi simul ipso actu exerceatur negotiatio. Ar-

 tem

tem qvippe ipſo actu non exercentibus, nec privilegia arti conceſſa conveniunt *arg. l. 6. C. de teſtam. milit.* Qvamobrem mercaturæ operam det neceſſum habet,
5 ejus privilegiis qvi uti frui deſiderat, qvod fit omni genere commerciorum, qvibus merces diſtrahuntur, puta emendo, vendendo, nundinando, importando, exportando, cambiendo, item & permutando, qvod ultimum ſi antiqvitatem intueamur, nullum á venditione
6 diſcrimen habuit. Nihil autem impedit, qvo minus mercator diverſas, diverſis in locis negotiationes exerceat *arg. l. 5. §. 2. ff. de Inſtit. act. l. 5. §. 15 ff. de Tribut. act.* Anchoran. *Conſ.* 332. *col. pen.* pluralitas enim negotiorum proprié facit mercatorem Gl. & Bart. *in l. 1. § 1. de*
7 *Tribut. act.* Rota Gen. *Dec.* 27. *n.* 13. Notandum veró hic circa vocabulum NEGOTIATIONIS apud pleroſq; duo hæc nomina, NEGOTIATOR & MERCATOR haberi pro Synonymis, ut ſupra dictum. Verùm rectius putamus non unam eandemq; perſonam eſſe negotiatorem & mercatorem, ſed potius eosdem ſecundum jus Ci-
8 vile, inter ſe differre ut latius & anguſtius. Negotiator enim is veré dicitur, qvi omni genere lucri laborioſé vitã exercuit, ſive emendo, ſive vendendo, aut conducendo, hinc muliones, fullones, ſarcinatores, textores & alii nominati in *l. 1. ff. de Tribut. act.* negotiatores dici poſſunt, non mercatores: contra veró mercatori competit deſcriptio jam tradita, add. Dom. Cardinal. Tuſch.
9 *pract. Concluſ.* 209. Aliter paulo cum Hottomanno vocabula hæc diſtingvit Joh. Calvin. *in Lex. jurid. voc. Negotiatoris, Mercatoris* dum mercatores olim fuiſſe putat Cives Romanos, Romæqve domicilium habuiſſe, interdum tamen exportandarum vel importandarum Mercium cauſa in provincias ad aliqvod tempus excurrere ſolitos; Negotiatores veró cives qvidem fuiſſe

Roma-

Romanos, nunqvam tamen ferè, niſi cenſus cauſa Ro-
mam veniſſe, ſed in provinciis continuò degiſſe. Ve- 10
rùm hæc diſtinctio ſecundum mores noſtros parum at-
tenditur, & voce negotiatoris etiam venit mercator. In
allata deſcriptione mercatoris reperiuntur qvoqve ver-
ba *qvæſtus liciti faciendi cauſa.* Atqve hoc ad differenti- 11
am mercaturæ illicitæ & improbatæ. Nam ſi lucrum
honeſtatis ac juſtitiæ terminos egrederetur, mercato-
res alias honeſtiſſimi in turpiſſimos degenerarent.
Mercatura autem, qvâ mediante qvis debito modo lu- 12
crum intendit, nihil de ſe inhoneſtum importat, ſed li-
citum, honeſtum & utile ſibi & aliis. Ut qvando mer-
cator lucrum moderatum negotiando qværit, qvod or-
dinatur ad domus ſuæ ſuſtentationem, vel etiam ad ſub-
veniendum indigentibus, vel ſi mercaturæ operam det
ob publicam utilitatem, ne ſc. res neceſſariæ ad victum
deſint & lucrum expetit non qvaſi finem, ſed qvaſi ſti-
pendium laborum, conf. Joh Nider. *de Contract. mercat.
Cap.* 3. *num.* 2. & *cap.* 1. *num.* 10. Dicitur præterea ut
emat & *permutet* : Qvod proprium vel potius de ſub-
ſtantia eſt mercatoris: Duo enim hi contractus merca- 13
turæ eſſentiam ingrediuntur, ideoqve illis ſeu fulcris
innitur. Nec mercatorem, qvi more ſolito merces ſi-
bi non coëmit, nec rurſum merces venum exponit,
amplius mercatorem eſſe, naturalis ratio dictitat. Coth-
man. *vol.* 1. *Conſ.* 18. *num.* 313. Antiqvitus qvidem unum 14
idemqve erat permutatio & emtio *l.* 1. *ff. de contrah.
Emt.* Hodiernâ verò luce invento nummi uſu em- 15
tio & permutatio naturam contractuum ſpecie diſtin-
ctorum induerunt. Gœdd. *ad l.* 66. *ff. de V. S.* Id qvod
etiam apparet ex differentiâ nominis in unaqvâqve
lingva. Nominis autem differentia, rei qvoqve deno- 16
tat diſcrepantiam *all. l.* 66. *ff. de V. S. l.* 207. *eod. l.* 7. *C. de*

jure

jure Codicill. ubi Salicet. Jaſon. & commodius eſt ſingulas cauſas ſingulis appellationibus diſtingvi §.5. *Inſtit. qvib. mod. teſtam. infirm.* Aliud enim, alterum cum altero permutare, aliud emere, vendere, germ. vertau-
17 ſchen/ verkauffen. Subjungitur porro *Forma* mercatoris, qvæ in his IV. conſiſtit (1.) ut *freqventer merces*
18 *permutantur, emantur.* Non qvi ſemel merces emit, vel uno actu mercaturam exercet, propriè mercator dicendus eſt, ſed is demum, qvi freqventi negotiatione mercaturæ invigilavit. Jacob Menoch. *de Arbitr. jud. qvæſt. lib.* 2. *Cent.* 4. *cauſ.* 399. Rimin. *Conſ.* 815. *num.* 26. *lib.* 7. Accurſ. & alii in *l.* 1. §. *merces ff. de Tribut. act.* Marant. *ſpec. aur. part.* 4. *jud. diſt.* 9. *num.* 62. Tholoſan. *Synt. Jur. lib.* 25. *Cap.* 2. Nam uti ſecundum Lo-
19 gicorum filios unus atqve alter actus non introducit habitum, h. e. ſubjectum reddit promtum ad operandum: Ita qvoqve una vel alterà vice ad nundinas iter
20 faciens mercatoris nomine haud venit. (2.) reqviritur de *Forma* mercatoris, ut merces non minutatim h. e. ad ulnam, pondus, menſuram, numerum diſtrahant. Vinn.
21 *ad Pæn. Comment. Tit. de Exerc. ait p.* 118. Aliàs enim mercatores nihil aut parum differrent à propolis & revenditoribus von Höcken/ Verkäuffern/ Land-Krähmern/ qvi, qvæ ad victum hominibus maximè conducibilia eſſe judicantur, pretio hinc inde modum excedente, ſibi comparant, qvo poſtmodum ea in duplo vendant. Klock. *de ærar. lib.* 2. *Cap.* 25. *in f.* qvi ſordidiores ſunt, qvam ut juris vel ſtatuti diſpoſitione pro mercatoribus habeantur *l.* 207. *ff. de V. S.* ibiqve Gœdd. Alciat. *in l.* 66. *de V. S.* Coler. *in proc. Execut. p* 2. *c.* 3. *num.* 449.
22 Qvanqvam hodierno rerum ſtatu, decreſcentibus indies magis magisqve commerciis, etiam illi, qvi ad ulnam, pondus, menſuram in civitatibus merces vendunt, ſo ih-

re

re Wahren mit der Ellen/Maß oder Gewicht verkauffen/ si mores, vulgiqve opinionem respiciamus (qvæ etiam attenditur, qvis sit mercator, Joh. von Som. Hamb. *in Disp. de sign. mercat.* §. 5.) mercatorum numero non eximi soleant, ita ut mercatorum alii per aversionem, *en gros* & magnâ cum copiâ; alii verò minutatim & ad ulnam vel pondus merces emant vendantqve (3.) Reqviritur, ut *merces non mutatâ per se* i.e. per ipsum 23
mercatorem operâ distrahat. Mutatâ enim formâ, qvæ dat esse rei, ipsam rem qvoqve mutari, extra omnem dubitationis aleam positum est *l. 5. ff. de R. V.* Sixtin. *vol. 2. Cons. Marp. 4. n. 65. 66.* Stahl. *reg. philosoph. Tit. 5. reg. 4.* Unde, qvi merces emunt, ut easdem suâ operâ in aliam 24
formam redactas vendant, mercatores non sunt, sed opifices & artifices per *c. ejiciens* 88. *distinct.* 88. Alexand. & Jas. *in l. cætera §. sed & si qvis ff. & Leg.* 1. Joh. Petr. Surd. *Dec.* 313. *per tot.* ubi monstrat pistorem non dici mercatorem, conf. Rul. a Valle 4. *Cons.* 71. *num.* 11. Azeved. *ad Constit. Hisp. lib. 9. tit.* 17. *lib.* 7. *num.* 4. Bursat. *Cons.* 42. *num.* 9. Joh. Cöppen. *Dec.* 50. *num.* 30. Klock. *de Contribut. & Collectis cap.* 12. *num.* 265. Qvod 25
etiam ita sancitum in Republ. Lubecensi, daß niemand der Bürger / welche kauffschlagen / mögen Handwerck treiben/ noch iemand der ein Ambt und Handwercker/ kauffschlagen/ bey pœn. 5. M. Silber; Aus bescheiden so viel Wahren und Victualien als sie zu ihren Handwercke und in ihren Häusern nöthig haben / die mögen sie kauffen. Kauffmanns Ordnung *de Anno* 1607. 28. Aug. in fin. Tr. annex. Derowegen denn die Brauer nicht mehr Korns und Hopffen kauffen können/ als sie zu ihren Brauwercke vonnöthen haben/dict. Ordinat. Mercat. art. 17. Eben so soll es auch mit den Käsekäuffern / Höckern und Raschmachern gehalten werden Decret. Senat. de An-

no 1624. vid. Marqvard. *de jure Mercator. lib.* 1. *Cap.* 7.
num. 49. *seqq.* Crahmer Innung zu Leipzig. Ubi art.
26 4. de Opificibus ita cautum, Zum vierdten/ Soll keinem/
wenn er gleich seine Jahre bey einem Handelsmann oder Krahmer gedienet / welcher nachgehends ein Handwerck gelernet und treibet / oder ander Gewerb und Nahrung führet / nebst solchen seinem Handwercke und Gewerbe mit allen dem / so denen Crahmer Innungs-Verwandten in stück und eintzeln / wie sie auch Nahmen haben mögen/ zu führen gebühret/ zu handeln/ solche einzukauffen/und heimlich oder öffentlich wieder zu verkauffen/ auszuhängen/ oder in ein Gewölbe/ Läden / Keller / oder Boden feil zu haben zugelassen seyn/ noch er in die Crahmer Zunfft auff- und angenommen werden/ ob er gleich die Cramerey für seine Person / das Handwerck und sein Gewerbe aber durch Gesellen/oder aber das Handwerck und Gewerbe für sich/ und die Cramerey durch sein Weib/ oder einen Cram-Diener treiben lassen wolte. etc. Art. 9. Zum Neundten etc. Sonsten sollen die Frembden ingesambt/ wie auch Einheimische/ welche Handwercker seynd/ und also ihre besondere Bewerbs- Mittel für sich haben/ zu Vermeidung schädlicher Confusionen bey der Mercatur sich dergleichen Handlungs Negotien mit Commissionen und Factoreyen gäntzlich enthalten. Porro Art. 15. Zum Funffzehenden/ Hierüber soll niemand/ bevorab die Handwercksleute/ wie die immer genennet sind/ weder inn- noch zwischen den drey öffentlichen Jahr-Märckten befugt seyn/ an Wahren/ Zeugen/ Seiden/ Band/ Knöpffen/ Leinwad/ Fischbein/ Reinischen Hanff/ und allen andern/ sie haben Nahmen wie sie wollen/ einzukauffen/ ausser / was ein ieder vor sich / und zu seinem Handwerck bedürfftig/ das mag er ungehindert einkauffen nnd verbrauchen. Jedoch/ daß sie selbige nachgehends ihren Kunden / Handwercksgenossen/ oder andern Leuten/ Ein-

Einheimisch oder Frembden/ heimlich oder öffentlich/ unverarbeitet nicht wieder verkauffen oder verlassen.
Qvia itaqve opifices mercatores non sunt, nec eo- 27
rum libri, si qvos habent, eandem cum libris Mercatorum probandi vim sibi arrogare possunt. Hinc cum Anno 1680. seqq. Lipsiæ mortuo P. R. concursus existeret creditorum & hi credita sua per liqvidationes indicarent & probarent, comparebat etiam Andreas Mörsch Sutor Lipsiensis per procuratorem suum creditum ex manuali probaturus hunc in modum. v. g.
In den Riegelschen Concurs liqvidiret Andreas Mörsch 28
Schuster zu Leipzig 17. Rth. 15. Groschen/ so ihm Peter Riegel seel. laut Auszugs sub Sign. D vor Arbeit schuldig blieben/fodert von dessen Erben oder Verlassenschafft Vertretern Recognition seines Handbuchs / daraus der Extract genommen / und hiermit in Originali produciret wird/mit Bitte ihm darauff ohne Weitläufftigkeit zu der liqvidirten Post als seinen sauren Schweiß zu verhelffen/ desuper officium judicis omni meliori modo implorando; Ad hæc excipiebat a curatore bonorum substitutus actor seqq. N. N. Actor kan diesem Kläger an seiner liqvidirten Post nichts einräumen/als welche sich durch das producirte Buch nicht bescheinigen läst/weil solches nicht recognoscibel ist/ in Erwegung / daß nur der Handels- und Kauffleute/ keines weges aber der Handwercker Bücher in Rechten so weit privilegiret, daß sie/wenn sie sonst ihre Richtigkeit haben/ semiplenè probiren/wird daher Kläger die liqvidirte Foderung besser als geschehen / beweisen / oder gewärtig seyn müssen / daß er mit seinem Suchen abgewiesen werde. Hisce replicabat Sutor ille per suum mandatarium. Ob er wohl weiß/ daß er gleich denen Capital-Handelsleuten einen künstlichen Buchhalter nicht ernehren kan/so handle er doch nichts desto weniger im Auf-

schreiben auffrichtig und ehrlich / und weren 17. Rth. 15.
Groschen keine dergleichen ungewöhnliche Post / daß sie
nicht bey einem Handelsmann/ der sein Gesinde halten
muß/ leichtlich auffwachsen könne etc. were erböthig/
wenn ja sein Buch nicht recognoscibel seyn solte/ iederzeit
seine Foderung eydlich zu bestärcken/ immassen er denn dar-
auff zu erkennen gebethen haben will. Actis illis in Sca-
binatum Lipsiensem missis, Dnn. Scabini *Anno* 1687. *d.*
3. Mart. ita pronunciabant, Daß Andreas Mörsch/ daß
er bey Peter Riegeln so viel zu suchen/ vermittelst Eydes
zu erhalten schuldig. Dum autem dictum, mercatores
non mutatâ per se forma negotiari, non intelligimus
29 eos, qvi merces emunt, easdemqve non suâ, sed aliena
elaborari curant operâ, animo forsan lucri liciti & cau-
sa transmittendi ad extraneos; horum enim officium
tunc non transit in artificium Beneven. Stracha *de Mer-*
30 *cator. p. 1. num. 23. seqq.* Deniqve reqviritur, ut merca-
tor ipsemet & proprio nomine, non autem alieno ne-
gotietur, *arg. l. 8. §. 1. ff. de vacat. mun. l. ult. ff. de Excu-*
31 *sat. mun.* Cujac. *ad l. un. C. de Cond. vectig. Fisc.* Un-
de patet huc non pertinere Institores, utpote qvi non
tam ipsi sunt mercatores, qvam eorum ministri &
mandatarii *l. 5. & 18. ff. de instit. act.* multo minus huc
referendi juvenes, qvi penes mercatores degunt, ut in
tabernis ministrant, vel exercitium mercaturæ addi-
scunt Kauffleute/ Jungen und Ladendiener / Strach. *de*
32 *adject. p. 4 q. 12. n. 2.* Neqve spectant huc proxenetæ,
qvi tantum inter mercatores contractus conciliant, ipsi
autem mercatorum classem non exornant, *tot. tit. de*
proxenet. Qvalis vero & qvanta fides de consvetudi-
ne eorum libris habeatur, monstrabitur infra circa af-
33 finia *cap. ult.* Nec mercatoribus annumerandi Asse-
curatores, qvi pro certo præmio suscipiunt in se peri-
culum

culum mercium aliò transvehendarum, de qvibus Struv. *Synt. Juris Civ. Ex.* 25. *th.* 46. An verò merca- 34
tor est, qvi mercaturæ officium per se non exercet, sed institorum & ministrorum operâ utitur? Resp. cum Alciato *ad l. 66. ff. de V. S.* Si ipse nunqvam mercaturæ litavit, nec mercator est appellandus; Sed, si ipse olim eam exercuit ac interdum manum ei admovet, qvamvis operâ institorum utatur mercator nihilominus dicendus est. Jas. & Dd. *in l.* 16. *num.* 8. *C. de testam. per milit.* qvi enim per alium mercaturæ negotia gerit, qvæstui inhiat, Molina *de J. & J. Disp.* 342. *Conclus.* 1. Hinc qvoqve præsumi non potest, ipsum non usu mercaturam voluisse deserere, qvæ præsumtio alias ex qvinqvennio judicatur, Joseph. Mascard. *de probat. vol.* 2. *Conclus.* 1052. Atqve sic fuit ostensum qvinam mercatores dicantur & per conseqvens ejusmodi libros facere possint. Cum verò pervulgatum sit axioma, 35
qvod allegans ac dicens debeat probare id, qvod dicit, allegatq; *l.* 23. *C. de probat.* Qvamobrem qvi se merca- 36
torem dixerit, utiqve se talem esse probare debet, præsertim, ubi a lege vel consvetudine, propter concessa qvædam beneficia ac privilegia hæc qvalitas reqviritur, minimè enim illa obtingunt, nisi hujusmodi qvalitate probatâ *l.* 2. §. 1. *ff. de vi bon. rapt.* Bart. *in l.* 1. § 1. *ne qvid in loc. publ. l.* 7. §. 2. *qvib. ex caus. in possess. eat.* Qvomodo verò probetur, aliqvem esse mercatorem, 37
vid. apud Mascard. *Vol.* 2. *Conclus.* 1050. Et qvamvis 38
mercaturam, aliaqve similia negotia exercere per se sit actus meræ facultatis, qvi cuivis de jure naturali & gentium pro lubitu & arbitrio permittuntur *l.* 5. *ff. de J. & J. l.* 5. *C. de O. & A.* Qvod etiam Berl. *Dec.* 150. *n.* 30. ampliat, ut 39
nec pacto, vel propriâ conventione seqvis ab ejusmodi actu meræ facultatis excludere possit: Nihilominus ta- 40

men illi actus de jure Civili ad certum modum restringi, eaqve, qvæ ad jus naturale pertinent, limitari posse, ita ut certo tantùm hominum generi actibus meræ facultatis uti frui liceat, testantur Berl. *all. Dec. num. 31. & p. 2. C. 3. num. 9.* Heig. *lib. 1. Qv. 15. num. 28. & seqq.*
41 Ex qvo patet, mercatoribus licitum esse sua habere collegia *l. 2. §. 2. C. de Constit. pec.* ibiqve Brunnem. eò sc. fine, partim ut distincta sint officia, eaqve non perturbentur, nec qvod aliis est creditum & concessum, alii subtrahant *l. 23. C. de Testam.* partim, ut fraudes qvæstuariæ facilius in ordinem redigantur, partim, ne vetita veneant vel aliò transferantur, neve pecuniæ in conqvirendis mercibus temerè perdantur, Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. p. 2. cap. 7. num. 10.* Sic olim talia Romanos
42 instituisse, commemorat Liv. *lib. 2. cap. 27.* Ante omnia itaqve inqvirendum, an alicubi consvetudo sit, ut mercatores sua habeant collegia, & in iis matriculas, qvibus inseruntur nomina mercantium, veluti in plerisqve Germaniæ civitatibus Anseaticis & maritimis id observatur, ut mercatores pro diversâ mercimoniorum conditione in diversa dispescantur Collegia. v. g. Zünfften/ Compagnien/ Vorbadungen/ Gesellschaffte/ &c. Qvalia sunt die Tuchhändler/ oder Gewandschneider/ Crahmer/
43 Jubilierer/ &c. Et iis introductis conseqvitur, neminem ad aliqvod genus mercimonii in civitate admitti, nisi nomen ibi profiteatur & recipiatur, atqve illos, qvi ejusmodi privilegiis certa collegia habendi vel artem aliqvam exercendi gaudent, jus alios prohibendi habere, neqve qvemqvam, qvi in matriculâ descriptus non reperitur, mercatorem esse, ut hinc facili negotio possent afferri exempla cæteris interdictæ vel aliàs graviter punitæ mercaturæ. Conf. Mev. *ad Jus Lubec. lib.*
44 *3. Tit. 6. Art. 21. num. 6.* Berl. *all. l.* Crahmer Innung zu Leipzig

Leipzig/ qvæ ita incipit: Zum ersten soll niemand / wer der auch sey / des Crahmer-Rechts fähig oder zu einen Crahmer an- und auffgenom̃en werden/ es sey denn daß er seine ehrliche Geburth und ehrlich Herkommen mit einem beglaubten Geburths-Brieffe/ zugleich auch dieses in continenti und deutlich bescheinigen wird / daß er allhier oder anderswo bey einem Crahmer oder Handelsmann (darunter aber die jenige/ so ihre absonderliche Innunge haben/ und dadurch von der Crahmer-Zunfft abgeschieden seyn/ auch die Jungen / so bey den Crahmern ausgestanden/nicht auffnehmen/nicht gemeynet) zum wenigsten sechs Jahr für einen Handels-Jungen/ und zwey Jahr für einen Handelsdiener gedienet/und solche Zeit vollkömlich und redlich ausgestanden / hierüber beybringe / etc. Wenn er nun solches alles und iedes richtig und alsobald darthun kan/soll er denen zu iederzeit regierenden dreyen Crahmer-Meistern fürgestellet / und gegen Erlegung des hernach deutlich gesatzten Crahmer-Gelds / ihme das Crahmer-Recht vergünstiget werden / etc. Zum Eilfften/ soll auch niemand/ er sey denn Crahmer / und habe zuvor seine Person obangedeuter massen richtig habilitiret, gestattet werden/einigerley Wahrē/als allerhand offene und andere Seiden/Attlaß/ Dammaß/ Sammet/ gemodelt und ungemodelt Dobin/ Mohre / wie auch andere Italiänische/Frantzösische/Holländische/Englische oder Brabandische/Seidene und halb Seidene / auch Camelhärne und wöllne Zeuge / sie haben Nahmen wie sie wollen / oder ins künfftige erdacht werden möchten/güldene und silberne Zeuge/etc. weder heimlich noch öffentlich feil zu haben/und Cramerey damit zu treiben / ꝛc. Ubicunqve verò loco- 45
rum talia non sunt recepta Collegia, cuilibet, qvi non impeditur vel prohibetur, mercaturam exercere licet, ejusqve conscripti libri fidem aliqvam merentur. Qvod

genus

46 genus fœmininum attinet, manifesti juris est, illam mulierem, cujus maritus fuit mercator, non desinere esse mercatricem, qvia uxor velut imago viri ejusdem personam in viduitate etiam qvoad privilegia, dignitatem
47 & alia jura repræsentat Mev. *p. 9. Dec.* 79. Leipziger Crahmer Innung / *art. 4. verb.* Stürbe aber ein Crahmer Innungs Verwandter/so soll dessen Wittib / so lange sie ihren Wittbenstand unverruckt behält / sich der Cramerey und Innung zu gebrauchen befugt / so bald sie sich aber ausserhalb der Innung verehliget / derselben gäntzlich
48 verlustig seyn. Imo adhuc maritatis negotiari licet tam jure civili *l. 32. §. 4. ff. de aur. argent. leg. l. 7. §. 1. de Instit. act.* qvam statutis aliarum gentium, Cardinal Tusch.
49 verb. Mulier. *Concluf.* 240. & 421. Jure Saxonico an sine curatore hoc facere possit, videndum. Ratio dubitandi oriri forte possit ex hoc, qvod sc. jure illo mulier non solùm in judicio, ubi personam legitimam standi non habet, sed etiam extra judicium absqve consensu curatoris nec qvidqvam agere, donare, vendere, contrahere possit Landrecht *lib. 1. Art.* 44. & *Art. 46. it. Lib. 2. Art. 63. Lib. 3. art. 30. num. 4.* ita ut poni possit regula: Mulieres sive in judicio, sive extra illud agentes & contrahentes absqve consensu & autoritate cura-
50 torum in foro Saxon. non obligari. Verùm, cum nihil sit tam firmum, qvod non suas patiatur exceptiones, ita nec hic desunt casus, qvibus actus mulierum sine curatoris consensu subsistunt, qvæ videri possunt apud Mev. *ad Jus Lubec. lib. 1. Tit. 10. Art.* 1. & Berl. *p. 2. Conclus.* 17.
51 Sufficiat hic notasse, ipsi ob personæ suæ qvalitatem, si sc. sit mercatrix, contrahere & actus forenses exercere, non adhibito curatore, esse permissum: Ex qva ratione jure Sax. ab ejusmodi necessitate adhibendi curatoris
52 absolvitur Berl. *d. Conclus. num.* 59. qvod etiam con-

firmat Carpz. *p.* 2. *C.* 15. *D.* 16. per textum expressum in *Constitut. Aug.* 15. *part.* 2. ubi sub fin. habetur. Daß den Weibspersonen/so zu handthieren pflegen/mit Kauffen und Verkauffen in Krähmen und andren dergleichen Wahren/ohne Vormünden beständig und verbündlich zu schliessen und zu handeln hiermit unbenommen seyn soll. Qvod etiam cautum jure Hamburgensi *p.* 2. *tit.* 8. *art.* 1. Et hoc sine dubio, qvod in causis mercaturam attin- 53
gentibus, non juris solennitas aut subtilitas, ut infra monstrabitur, sed æqvum & bonum attendi debeat, ne impediantur aut fallantur commercia, qvod utilitati publicæ adversum foret. Hoc ipsum tamen Berl. & Carpz. 54
all. l. 1. cum grano salis accipiendum esse monent, nimirum intelligendam esse illam solùm mulierem, qvæ negotiari consvevit, nõ qvæ semel tantùm merces emit, ut venderet, sed qvæ multas negotiationes fecit *l.* 5. *§.* 3. *ff. de jur. immunit. l.* 1. *§.* 1. *ff. de tribut. act.* Qvot verò ne- 55
gotiationes adhoc, ut mulier mercatrix appellari, & liberè sine consensu mariti vel curatoris negotiari ac contrahere possit, reqvirantur, relinqvendum est arbitrio judicis *l.* 1. *§. fin. ff. de jure delib.* De jure Lubecen- 56
si mulier mercatrix qvæ sit, ex certis qvibusdam dijudicatur notis, qvas recenset Mev. *lib.* 3. *tit.* 6. *Art.* 25. *num.* 34. Haud verò extendenda est hæc exce- 57
ptio a communi regula ad alios contractus actusqve, qvàm qvi causam mercaturæ adstringunt. Hinc si talis mulier non intuitu mercaturæ, sed aliàs contrahit, puta ædes suas, vel alia bona vendit aliaqve ad negotiationem non pertinentia agit, curatorem adhibeat necesse est, talisqve contractus sine illius vel mariti consensu initus nullius est momenti. Semper enim 58
cum de mercatoribus aliqvid speciale disponitur, intelligi tantùm debet de negotiis ad mercaturam pertinen-

59 tibus Mev. *ad Jus Lubec. lib.* 1. *tit.* 10. *Art.* 1. *num.* 59. In
dubio autem qvæ mercatrix eſt, ex cauſa negotiationis
contraxiſſe, & accepta in mercantiam vertiſſe præſu-
mitur. Strach. *in Tr. qvomod. in cauſ. mercat. proced. p.*
60 *1. num.* 41. Hartm. Piſt. *lib.* 1. *Qv.* 4. *num.* 16. Neqve
verò prætereundum, qvod non ſolùm illi actus, qvi-
bus aliqvid emitur aut venditur, ſpectent ad mercatu-
ram, ſed etiam ſine qvibus ad eam pervenire non licet.
Conceſſo enim conſeqvente neceſſarium antecedens
61 concedi fas eſt *l.* 2. *ibiqve* Dd. *ff. de jurisd.* Unde ſi ejusmo-
di mulier mercatrix pro mercibus emtis velit ſuis credi-
toribus hypothecam conſtituere, vel pecuniâ egens
mutuum ab alio ſumere, & pro ſecuritate debiti bona
62 ſua hypothecare, mariti vel curatoris conſenſu non indi-
get, ratio in promtu: Ubi enim obligatio & contractus
principalis non eſt prohibitus, ibi nec pignus tanqvam
acceſſorium prohibitum videri debet, ideoqve qvod
maritus vel curator non conſenſerit, nullum vitium
contractui accedit, Berl. *p.* 2. *Concluſ.* 17. *num.* 92. Carpz.
63 *p.* 2. *C.* 15. *D.* 16. *num.* 7. Qvæ omnia ut locum habeant,
reqviritur, ut hæc ipſa proprio faciat nomine. Ubi-
cunqve enim ſtatutum mercatoris meminit, intel-
ligendum eſt de eo, qvi ſuo nomine negotiatur
64 Strach. *de Mercat. p.* 1. *num.* 27. Apparet ergo, qvod ſi
uxor de mercibus mariti ad commune lucrum emit aut
vendit, uti in mercatorum ædibus nihil freqventius eſt,
qvam ut illa ab uxoribus gerantur, maritus mercatus
fuiſſe intelligitur, cum uxor illi acqvirat, ipſaqve ut in-
ſtitrix teneatur, adeoqve & utilis inſtitoria, de in rem
verſo, aut qvod juſſu actio contra maritum locum habe-
at Chaſſan. *in Conſvetud. Burg. Rubr.* 4. Petr. Foller.
in Additament. ad Marant. ſpec. jur. part. 4. *diſt.* 9. *num.*
5 134. Perſpiciendum deinde, utrum cum marito, an ſola
mer-

mercaturam faciat. Priori casu mulier mercatrix sibi & marito acqvirit, illum obligat, pro eoqve tenetur ut socia, contra communem regulam *tot. tit. C. ne uxor pro marito,* ex eâ ratione, qvia tali casu qvasi jure Societatis 66
& tanqvam correa debendi obstringitur, nec poterit uti beneficio SCti Vellejani, uti possim consvetudine receptum per *l. 1. §. 16. ff. de Exerc. act. l. 24. pro soc.* Bart. *in l. 9. ff. de duob. reis constit. l. 4. C. de Instit. act.* ibiqve Brunneman & Perez. Ratio enim & utilitas publica 67
efflagitat, ne dicto SCto adjuventur, cum fieri non possit, ut cum mulieribus essent secura commercia, si competerent beneficia, meritò neganda iis, qvæ suscipiunt virilia negotia, qvorum fide & securitate nititur Resp. ideoqve aut mercaturâ aut beneficiis erit interdicendum Mev. *ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 5. art. 7. & Cons. 21. num. 5. seqq.* Gail. *lib. 2. obs. 9.* Qvos seqvitur Christin. *vol. 2. Dec. 17.* asserens statutum Mechlinense de 68
jure matrim. eodem cavere modo, si nimirum uxor cum marito negotiationem exerceat, atqve in exercendo æs alienum contrahat, eo qvoqve nomine maritum obligari, & dari actionem tam in maritum maritiqve bona, qvam in uxorem, uxorisqve bona. Qvâ de re videantur ulterius Statut. Lubec. *Lib. 1. tit. 5. art. 7. & lib. 3. tit. 1. art. 9. & 10.* Statut. Lunæb. *art. 22. & ibi* Hartw. a Dassel *in Comment.* Dan. Moller. *l. 2. Semestr. cap. 41. num. 8.* Andr. Rauchbar. *p. 1. qv. 36. num. 17.* Qvibus 69
omnibus pro majori declaratione meritò subjicienda verba Ordinat. Provinc. Hassiacæ *de Anno 1497. cap. 5. §.* Und seynd diese/ qvæ ita habent: Die Personen/ so miteinander zu bezahlen schuldig/ seynd Gewandschneider/ Crahmer/ die zu Gewölbe oder Krahm sitzen/ und gemeines Kauffs warten/ Wechsler etc. und ihre Haußfrauen so ihre Kauffhandthierung und Gewinn ihnen beeden zu

 Nutz

Nutz und Nahrung kömpt / in solchen und dergleichen Fällen ist einer für das andere pfandbar/ so Irrung der Bezahlung an ihre gemachte Schuld fiele; Und sollen Mann und Weib in gemeldter Handthierung gleichen Ge-
70 winn nehmen und empfahen. Posteriori modo, si sola mulier negotietur, maritus pro illa non obligatur, sed tantùm uxor proprio suo contractu tenetur, *l.* 1. *C. ne*
71 *ux. pro mar.* soli enim sibi acqvirit. Crahmer Innung zu Leipzig *Art.* 5. *verb.* Würde aber eines Crahmers Wittbe eine graduirte Raths oder dergleichen andere fürnehme Person (die in keiner absonderlichen Innung begriffen) heyrathen wollen/ dergestallt/ daß sie die Crahmerey und Handlung in ihres vorigen Mannes Erben Nahmen fortsetzen/ hingegen der ietzige Mann seiner Profession abwarten wolte/ soll es zwar vergönnet/ und mit Zuziehung E. E. Hochw. Raths/ und auff der Crahmer-Meister mit denenselben gepflogener Communication verstattet werden/ jedoch daß von der gleichen Frau oder ihren künfftigen Ehemanne hundert Thaler entrichtet werde/ und daran E. E. Hochw. Rathe ein Drittheil und die übrigen zwey Theile in die Crahmer-Lade anheim fallen/ ꝛc.
72 Secus verò hoc videtur esse de jure Sax. ubi mulier mercatrix, qvicqvid propria pecunia negotiando lucratur,
73 non sibi, sed marito acqvirit Carpz. *p.* 3. *C.* 25. *D.* 10. Qvibus præmissis facilè judicare possumus, qvid statuendum de libris a muliere mercatrice confectis, cum sint
74 veluti accessorium sui principalis seu mercaturæ. De Cæteris, qvi in censum mercatorum veniant, ita ut eorum libri fidem aliqvam mereantur, facilè iniri potest ratio. Actum verò neutiqvam agere videmur, si paulò accuratius eorundem naturam qvalitatemqve perspexerimus: Qvidam enim vel naturâ vel lege ab excolenda merca-
75 turâ removentur. Natura arcetur (1.) furiosus *l.* 1. §. 12.

ff.

ff. de O. & A. cum enim ad omnes conventiones & contractus duo primariò reqvirantur principia, intellectus & voluntas, mercatura autem exerceatur per conventiones & contractus, hinc suâ sponte fluit, furiosum utpote intellectu & voluntate destitutum ad illam esse ineptum *l. 40. de R. J.* Furiosorum autem duo dantur 76
genera, unum eorum, qvi perpetuo furore agitantur, & ex continuâ mentis alienatione omni carent intellectu *l. 14. ff. de off. præsid.* qvi nullum omnino negotium per se gerere possunt *l. 5. ff. de R. J.* unde nec ulli subjacent pœnæ, qvia satis ipso furore puniuntur *d. l. 14.* Alii sunt, qvi furoris dilucida habent intervalla *arg. l. 20. §. 4. ff. qvi testam. fac. poss. l. 6. C. de Curat. fur.* Hi omnia negotia tempore furoris intermissi rectè gerunt Bronchorst *ad all. l. 40. ff. de R. J.* Furiosis accensendi sunt 77
mente capti, qvorum ingenium ex eo cognoscitur, si timenda non timeant, & non timenda timeant, uti si v. g. gallinam haberent obviam, & tunc maximè timidi aufugerent Bald. *in l. si furiosus C. de Nupt.* Deinde etiam fatui, qvi per urbem insanorum more circumeuntes deridenda loqvuntur *l. 4. §. 1. ff. de ædil. Edict.* Tandem melancholiâ laborantes, si sc. ratiocinatio & imaginatio sit turbata, ubi necesse est inde deliras seqvi actiones, qvæ ipsis mercaturam exercere non permittunt. Ulte- 78
rius natura prohibentur pupilli & minores, propterea, qvod nullum contractum, ex qvo eorum conditio fit deterior, sine tutoris vel curatoris autoritate inire possunt *l. 5. §. 1. ff. de aut. & consf. tut.* neqve enim scire neqve decernere talis ætas potest *l. 9. ff. de acqv. hered. l. 189. ff. de R. J.* Qvod licet de pupillo veritati maximè sit consentaneum; Secus tamen se res habet in illo minore, 79
qvi tanqvam capax artis mercatoriæ in matriculam seu numerum mercatorum est receptus: Hic omnino

 mer-

mercaturam exercere poteſt, nec ipſi tutoris autoritas eſt neceſſaria, neqve beneficio reſtitutionis in integrum, minoribus aliàs competente, propter approbatam ipſius capacitatem, gaudere poteſt. Stracha *de mercat. p.* 3. *num.* 26. Struv. *Ex.* 8. *th.* 55. eodem modo, qvo Doctor juris minorennis, ſi damnum incurrat
80 propter ea, qvæ juris ſunt, non reſtituitur. Struv. *cit. loc.* Idem affirmandum de illis minoribus, qvi veniam ætatis impetrarunt, qvæ ratio etiam naturæ maximè eſt conveniens, cum non facilè qvisqvam cum tali minore mercatore contraheret, ſi ſemper contrahens animi eſſet incertus, an non contractum bonæ fidei initum medio reſtitutionis in integrum aliqvando reſcindere poſſet
81 *l.* 24. *ff. de Minor.* De filio familias, qvin permiſſu patris negotiari poſſit, nullus ambigo in eoqve SCtum Macedonianum non obtinere, teſtantur Schultz. *Synopſ. Inſt. tit. qvomod. cum eo qvi in alien. poteſt.* Buſ. *ad l.* 3. *num.* 4. *ff. de SCto Maced.* Mantic. *de tacit. & ambig. Convent.* Strach. *de Mercatur. p.* 3. *num.* 40. cum noſtris moribus qvoad negotiationem pro emancipatis habeantur.
82 Lege prohibentur prodigi, utpote qvi neqve tempus, neqve finem expenſarũ faciunt, ſed bona ſua dilacerando & diſſipando profundunt *l.* 1. *ff. de Curat. furioſ.* mercaturam hi exercere neqveunt, cum ad contrahendum, uti ſupradictum, reqviratur conſenſus & voluntas, hæc vero in prodigis, moraliter deficiunt *l.* 40. *ff. de R. J.* Ne-
83 qve verò tales ſimpliciter a commercio repelluntur ſed
84 neceſſe eſt interveniſſe decretum magiſtratus. Prodigum enim hunc vel illum eſſe, facti eſt non juris, definiendumqve ex circumſtantiis, qvæ variant, atqve de ſingulari, nempe de hoc individuo, cui bonis interdicitur,
85 iſtud vitium prædicari tantùm poteſt. Lex verò in individuum non fertur, ergo demum per declarationem magi-

magistratus prodigus qvis efficitur, qvâ factâ, ipso jure deinde interdictio bonorum seqvitur, conf. Bachov. ad Wesenbec. *tit. de curat. furiof. num.* 1. Mascard. *de probat. vol.* 3. *Concluf.* 1234. Qvod si verò prodigus huic vi- 86
tæ generi nuntium misit, seqve ad meliorem frugem recepit, qvod ex eo colligi potest, si per biennium vitam parcè duxit, (imo brevius temporis spatium sufficit, si judici ita visum fuerit, cujus judicio hæc res est committenda, ne jura pariter atqve contractus ancipiti jure innitantur, aut ne ex simulatâ morum probitate eveniat prodigum incidere in damnum) ad bonorum suorum administrationem ipsi via iterum patet. Andr. Gail. *lib.* 2. *obs.* 85. Joseph. Mascard. *de probat. Concluf.* 1241. Anton. Perez. *vol.* 3. *num.* 15. Lege etiam prohibentur milites, 87
qvi sunt vel togati vel armati, inter illos sunt referendi Clerici. Nomen qvidem hoc primò omnibus Chri- 88
stianis tributum, procedente verò tempore pro ministris tantùm divini muneris usurpari cœpit Fabrott. *in prælect. ad tit. Decret. de vitâ & Honest. Cleric.* Qvemad- 89
modum similem etiam immutationem Papæ ac Christianorum nomen expertum est, Jacob. Gothofr. *ad l.* 2. *C. Theod. de jure postlimin.* Clericis hisce severè inter- 90
dicta est mercatura, & vilius emendi cariusqve vendendi studium *in c.* 9. & 10. *dist.* 88. *c.* 3. §. 4. 9. *XIV. qv.* 4. & statuta in refractarios pœna sc. excommunicationis, *c.* 6. *ne Clerici vel Monachi.* suspensionis ac depositionis *c.* 2. *dist.* 88. *c. pen. dist.* 91. *c.* 4. *XIV. q.* 4. qvas pœnas remotâ appellatione innovavit Concil. Tridentin. Sect. 22. 91
Cap. 1. *de Reformat.* Nimirùm Deo magis operari debent Clerici qvam Mammonæ servire, Fabrott. *cit. l.* qvæ vitæ ratio adeo vix & ne vix qvidem cum negotiatione cohærere potest, qvia mens in partes infinitas distrahitur & mergitur in desideriorum inutilium & curarum

pro-

profundum Gonzal. *ad cap. 6. Ne Cleric. vel Monach,*
92 Scacc. *de Commerc.* §. 1. *qv. 7. p. 2. ampl. 1. num. 7.* Interim hic non ab omnimoda emtionevenditione statim est arcendus Clericus, qvid enim causæ, cur non ex re qvadam ad sui sustentationem & absqve officii detrimento lucrum sibi comparet? qvid prohibet, qvo minus mercaturam exerceat, ut lucrum captum in usum pauperum impendat Stracha *d. l. p. 3. num. 4.* Brunnem.
93 *ad l. 2. C. de Episc. & Cler.* Deinde etiam talis hic potest intelligi negotiatio, qva non res ipsa emta carius venditur, verùm per artificium mutatâ formâ distrahitur, qvod canones Clericis permittunt *c. 3. & 4. dist. 91.* qvia tum lucrum non ex negotiatione, sed ex artificio ad vitæ sustentationem qværitur Scacc. *d. §. 1. qv. 7. p. 2. ampl. 2. num. 7.* Fuit enim hoc in primis Christianæ fidei cunabulis admodum freqvens, ejusqve exemplum nobis
94 exhibet ipse gentium Apostolus Paulus *Act. 18. v. 3.* præsertim ubi decimæ seqvioribus temporibus demum receptæ, nondum in usu fuerint. vid. Gonzal. *ad cap. 6. X. ne Cler. vel Monach. n. 6. & 7.* Barbos. *eod. n. 4.*
95 Sed hæc Clericorum mercatura œconomica vel artificialis nullam hic potest invenire paginam, cum libri
96 mercatorum considerentur ratione negotiatoriæ. Milites armatos a mercaturæ usu excludit *l. un. C. negot. ne milit. l. 15. C. de milit.* adeoqve illorum libris, si qvos forte propter negotiationem fecerint, nec qvicqvam momenti inerit. De consvetudine tamen, facta prius privilegiorum suorum militarium jacturâ, hoc ipsis permissum esse, vult Stracha *de mercatur. p. 3. num. 17.* Enenkel. *de privileg. milit. lib. 1. cap. 4.* Brunnem. *de Cession.*
97 *bon. qv. 11. p. 4.* Illis porrò, qvi officii causa in provinciis agunt, mobilia atqve immobilia ad victum & amictum non necessaria propter metum concussionis emere

re non permittitur, hoc verò hodie in pluribus provinciis non observatur, Lauterbach. *in Compend. jur. tit. de Contrahend. Emt.* Principes, si cætera rectè sese habe- 98
ant, licitè negotiari qveunt. Contrarium qvidem vide- 99
tur innuere Alexander M. Monarcha ferme sine pari, dum apud Curtium heroicis hisce verbis utitur: *Et ego pecuniam, qvam gloriam mallem, si Parmenio essem, nunc Alexander de paupertate securus sum, & me non mercatorem memini esse, sed Regem, nihil qvippe venale habeo.*
Nec minus scitè, qvam verè Tiberius Cæsar apud 100
Tacit. *4. annal.* loqvi solitus est: *Cæteris mortalibus in eo stare consilia, qvid sibi conducere putent, principum diversam esse sortem, qvibus præcipua rerum ad famam dirigenda.* Similiter, prout tradit Andr. Tiraqvell. *Tom. 1. de Nobilit. Cap. 33. n. 7.* cum Val. Max. *lib. 3. cap. 3.*
inter cætera, qvæ Tarqvinium Priscum, anteqvam Ro- 101
manorum regnum esset adeptus, abjectum, humilem, depressumq; faciebant, illud qvoqve fuit fastidiendum,
qvod esset genitus mercator. Nihilominus tamen 102
princeps urgente necessitate, ubi ærarium fuit exhaustum subditorumqve res angustæ principali munificentiæ sumptus suppeditare non possunt, sine existimationis suæ jactura animum ad mercaturam adjicere
potest, Klock. *de ærar. lib. 2. Cap. 25. num. 33.* Et cur 103
principi id non concedendum, qvod hodiernâ luce Ordines Belgici, qvod Veneti, qvod Genuenses qvod Rex Hispaniæ multis viis tentarunt, Læl. Zech. *lib. 2. de princip. Cap. 2.* Ita Lusitaniæ reges cum angustis Regni finibus continerentur, nec jura sua Majestatis commodè tueri, possent nec subditos vexare vellen, mercaturam copiosissimam sine contumeliâ ac suæ Majestatis detrimento exercuisse patet. Joh. Bodin. *de Republ. lib. 6. cap. 2.* Christoph. Besold. *Thesaur. pract. voc.* Kauff-

 leute.

leute. Obrecht. in Politischen Bedencken. *p. III. n.* 15.
104 Nullum etiam est dubium, qvin princeps cum suis subditis efficaciter valeat coutrahere, eatenus, ut ipse civibus obligetur: Qvamvis enim Majestas legibus civilibus eximatur, contrahendo tamen cum civibus se iisdem sponte submittit *l. 31. ff. de LL. l. 34. ff. de jurisd.*
105 *l. 3. C. de qvadrienn. præscript.* Neqve nobilibus interdictum mercaturæ, præsertim copiosa, qvâ per aversionem exercetur *l. 5. §. 3 ff. de jur. immunit.* Hæc enim cum plurimum faciat ad Reip. conservationem *l. 2. ff. de Nundin.* & peritiam rerum excellentem, teste Carol. Rhod. *in antiqvit. lib. 26. c. 5.* meritò commendanda
106 est. Contrarium qvidem videtur innuere famosissima *l. 3. C. de Commerc. & mercat.* propterea, ne illorum potentia & opes difficile redderent tenuioribus & plebejis emendi vendendiqve commercium, non sine ingenti urbium pernicie & damno. Gvil. Fornerius *lib. 2. Select. cap. 3.* neve ordines & genera civium, qvibus plura & præcipua fere ex publicis negotiis innituntur,
107 confundantur Mev. *p. 2. Dec. 2. p. 7. Dec. 149.* Hinc nobilitatis privilegia hoc modo amitti, Dd. communi fere calculo asserunt. Bonus de Curtili *de Nobilitat. p. 3. n. 135. & 144.* Menoch. *lib. 1. Caus. 9. num. 18.* Gvid. Pap. *Dec. 169. num. 1. & 391.* Strach. *de Mercat. p. 3. num. 14.* Chassan. *Catal. Glor. mund. p. 8. Consid. 16. & p. 11. Cons. 41.* Tulden. *ad C. de Commerc. & Mercat.* Mynf. *Cent. 6. obs. 54. num. 5. 6.* Christin. *vol. 1. Dec. 26. num. 4.* Stephan.
108 *de jurisd. lib. 2. p. 1. cap. 7. membr. 11.* An ex vero, valdè dubitat Dn. Mauritius *Dissert. de Nobilitate German. th. 62.* cum privilegium nonnisi per talem actum contrarium perdatur, qvi ita privilegio est contrarius, ut naturâ in uno eodemqve subjecto ultro consistere neqveant duo hæc, privilegium & actus, de qvo agitur contrarius,

trarius, conf. Lather. *de Censu lib. 3. cap. 13. num. 48. seqq.* Marqvard. *de jure Mercat. lib. 1. cap.* 10. proinde 109
distingvunt inter negotiationem honestam & copiosam, & inter sordidam ac tenuem, qvam etiam innuit Ant. de Gamma *Decis. Lusitan.* 322 *num.* 6. adeoqve de posteriori tantùm accipit verba *all. l.* 3. *C. de Commerc.* Salmas. *de Usur. cap.* 8. Ut verò in hâc disceptatione 110
brevibus me expediam, cum Dn. Brunnemanno *ad all. l.* 3. cujusvis regionis mores respiciendos esse puto, maximèqve probo Bodinum, qvi *lib. 6. de Republ. cap.* 2. Principem, inqvit, mercatorem nolo, si optio detur, mercatorem malo, qvam tyrannum, & negotiari patricios viros, qvam prædari. Doctoribus porro cæte- 111
risqve, qvi nomen inter eruditos profitentur, commerca directò non sunt interdicta, Tiraqvell. *de Nobilit. cap.* 33. *num.* 15. 16. Marqvard. *de jure Mercat. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 27. ubi tradit academicum propter mercaturæ 112
exercitium privilegia sua non amittere, & dissentientibus respondet *n.* 32. *seqq.* accedit & hoc, qvod nec alii, 113
qvi in tirocinio de re mercatoriâ non fuerunt edocti, illius exercitio prohiberi possint, cum mercatura sit negotiatio juris gentium ad honestum lucrum ex merce licita comparando & distrahendo in eâd. forma, recipiendum, Lauterbach. *Dissert. de jur. in Cur. mercat. usit. th.* 2. Sed hic statuta locorum, uti supra fuit monitum, 114
sunt inspicienda, & literatis magis convenit literarum, qvam rerum venalium commercium exercere. An pharmacopœi mercatorum nomine veniant, qv? Carpzovius pro literatis eos habet, duabus potissimum ex 115
rationibus, primò qvod generali Medicorum nomine veniant, & nonnullis in locis sub jurisdictione magistratus Academici sint. Deinde qvod necessariò debeant esse imbuti literis, si velint artem suam benè exer-

 cere,

cere, cum hâc tamen limitatione, ut inter mercatores referantur ratione dignitatis, iisdemq; legibus vestiariis, qvæ ordini mercatorio fuerunt præscriptæ, obstringan-
116 tur, qvod præjudicio confirmat *Dec. 8.* An verò pharmacopœi in foro mercatorum possint producere suos libros, perinde ut mercatores, ad hunc effectum, ut semiplenè probent, qv.? Casus hic Lipsiæ *Anno* 1686. *d.* 22.
117 *Octobr.* contigit, ubi pharmacopœus Misenensis J. H. in foro mercatorum convenit pharmacopœum Lipsiensem H. L. pro variis transmissis & speciebus & vinis ad summam usqve 125. thal. Pharmacopœus Lips. affirmativæ suæ litis contestationi annexuit varias exceptiones, & inter eas exceptionem compensationis, qvam ex libro suo mercatorio probare intendit. Actor replicavit, reum non esse mercatorem, sed pharmacopœum, cui non sit integrum exercere mercaturam, vi transactionis inter mercatores & pharmacopœos initæ, & sic etiam ipsum non gaudere privilegiis illis concessis; Reus duplicavit, se eo ipso tanqvam mercatorem ab actore esse agnitum, dum fuerit in judicio mercat. conventus, & notum esse, schedulas illas a medicis
118 pharmacopœis præscriptas, vulgò die Recepte/ habere vim probandi, nimirum dum pharmaca præbeantur particulariter, difficilem eorum esse probationem, & ideo per verisimiles conjecturas, arbitrio boni viri simul adhibito, accedente juramento probari posse. *arg. l. 36. in f. pr. C. de donat. Gl. in l. ult. §. 9. C. de jure Delib.* Sichard. *ad l. 4. C. de petit. heredit.* Berl. *p.* 1. *Con-*
119 *clus.* 44. *num.* 44. Hinc Dnn. Scabini Lipsienses in causa Pancratii Wolffens zu Naumburg teste Carpz. *p.* 1. *C.* 28. *Def.* 46. pronunciarunt Anno 1602. hunc in modum: Ist der verstorbene Schösser zu Freyburg euren Vorfahren 64. fl. für Artzeney/ so er in seiner Kranck-

heit

heit abholen lassen/ schuldig worden etc. So werdet ihr solcher Schulden wegen/ iedoch so viel ihr derer mit Recepten/oder sonsten gebührlichen bescheinigen könnet/auch vor des verstorbenen Schössers Vorstand Bürgen billig befriediget/ von Rechts wegen. Sed actor hisce triplicavit, 120
non esse hic qvæstionem de schedulis a Medicis pharmacopœlis datis, sed de transumpto ex libro veri mercatoris, Es were anitzo nicht die Qvæstio von einer Recept-Schuld/ und von einem Apothecker Auszuge qvâ tali, sondern vielmehr von einem rechtschaffenen Handels-Buche und inem daraus genommenen Extracte/adeoqve nec li- 121
brum illum productum esse documentum recognoscibile. Verùm his ab actore in medium allatis, Dn. Scabini Lips. calculum suum non adjecerunt, sed potius reo fuerunt adstipulati Mens. April. Anno 1687. his verbis: Daß Beklagtens producirtes Handels-Buch nunmehro pro recognito zu halten. Beat. Lauterbach. *in Dissert.* 122
de jure in Curia Mercat. usitato th. 6. pharmacopœos neqve mercatores, neqve literatos esse, sed in arte μηχανικῇ versari putat, & sic facilè patet, qvid de eorum libris sit censendum. Qvia superius fuit dictum, cau- 123
sam Efficientem Librorum mercatoris esse mercatorem, non qvemlibet, sed integræ fidei, de his paucis adhuc erit agendum. Sc. ab hujusmodi famæ integritate vitæqve probitate haud facilè alienos esse mercatores, sed in dubio probos præsumi, cum Rutg. Ruland. *in Tr. de Commiss. p. 2. lib. 5. cap. 13. num.* 9. asserere non dubito. Qvod etiam elucescit ex vulgato illo juris, qvod qvilibet 124
homo integer vitæ, scelerisqve purus, & unicâ voce BONUS in dubio præsumatur *l. 51. ff. pro Soc. l. 18. §. qvi dolo ff. de probat. Cap. 16. X. de præsumt.* Mascard. *de probat. Conclus.* 222. & 224. & *Conclus.* 878. & 1003. Ampliationis hujus regulæ plures vid. apud Barbos. *in thesaur.*

 loc.

125 *loc. Commun. Cap. 22. Ax. 9.* Qvinimo bonitas juxta Menoch. *de præsumt. lib. 6. præs. 29. num.* 1. naturæ hominis inesse statuitur, & angusta innocentia est, si qvis secundum leges tantùm sit bonus, pluraqve sunt de officio boni viri, qvam qvæ præcipuè legibus desiderantur. Eccui, ut compendium fiat verborum, ignotum illud Hugonis Grotii? Benè sperandum est de homini-
126 bus. Deinde mercatores non levi qvodam ausu fraudis improbitatisqve insimulandos esse, svadet mutua illo-
127 rum fides, qvod inferius latius deducetur. Verùm non deerunt forte, qvi diversum hic sentiant contrariamqve de mercatoribus foveant opinionem, non paucis forte moti rationibus, ex qvibus si acu rem tetigi, non postrema hæc erit: Qvod sc. ipse Salvator eosdem ex fraude impietateqve qvasi compositos esse docuisse videatur Matth. 21. *v.* 12. ejiciendo ementes vendentesq; ex
128 templo. Accedit, qvod mercaturæ ac negotiationi addicti anhelent ad cumulandas divitias per fas & nefas, nempe mendaciis, perjuriis, aliisqve iniqvitatibus, utpote qvibus se invicem naturaliter circumvenire neqve religio est, neqve turpitudo *l. 22. §. f. ff. locat.* & mercator sibi non potest polliceri lucrum, nisi fraudem fecerit, qvi verò lucro inescatur, fraudeqve illaqveatur,
129 divino Numini placere neqvit. Certum enim est eis, qvi hoc modo sectantur divitias, nullam esse reverentiam legum nec metum aut pudorem unqvam properantis avari. Cujus farinæ mercatorem qvendam fuisse tradit Sigism. Scacc. *de Commerc. §. 1. Qv. 1. num.* 78. qvi impiam hanc emiserit vocem: Qvi timet diabolum, nunqvam faciet divitias. Qvi sane

Perjurata suo postponit Numina lucro
Mercator, Stygiis non nisi dignus aqvis.

Cæteris vero, præsertim qvæ a vulgo proficiscuntur dicte-

dicteriis conviciisqve, qvibus mercaturam, eiqve operam ſuam navantes, proſcindere non erubeſcunt, recenſendis ſuperſedeo. Ad adductam autem primo loco 130
in contrarium rationem nonnihil ut reponatur, ſollicitè qvis inqvirat? Exemplum enim Chriſti vendentes & ementes Templo ejicientis in mercaturæ, mercatorumqve vitium inducendum non eſt, cum negotiatio iſta tum ex loco, tum ex qvalitate ſuâ vitium id contraxerit, uti prolixè explicat ſolertiſſimus Antiqvitatum Hebraicarum Interpres Joh. Seldenus *de Jure Nat. & Gent. lib. 4. c. 5.* Juribus qvoqve humanis juxta Walther. 131
in Poſtill. Theol. Jurid. Dom. X. Trinit. reprehenſione non indigna eſt nundinatio illa a Chriſto notata ex eadem cauſa, qvod primùm exercebatur loco minus convenienti. Apud Romanos enim tabernæ negotiationibus 132
deſtinatæ potiſſimùm argentariæ circa forum erant, unde Ciceroni pecunia argentariorum æs circumforaneum dicitur *Ep. 2. ad Att. lib. 1.* idqve autore Tarqvinio *Liv. lib. 26* Abſurdum autem eſt, illud, qvod fori eſt, in Templum transferre, & devotionem ibi exhibendam, forenſibus & ad qvæſtum occupatis negotiis turbare. Omnia itaqve uti tempore, Ita loco qvo decet, 133
peragenda eſſe, evidenter liqvet, vid. Barboſ. *Loc. Commun. Lib. 48. Ax. 33.* Adeoqve facilè largior, ædes divino cultui dicatas mercatorum negotiatione non profanandas eſſe, argumento illius Edicti prætoris: Ne qvid in loco ſacro fiat. Deinde exercebatur etiam mercatura 134
illa ab iis, qvibus minimè conveniti Jure enim Civili Nobiliores ac ſimiles virtute conſpicui, qvales volebant videri qui hic animadverſionẽ incurrunt, principes ſc. ſacerdotum, ſcribæ, & Principes plebis ex odore lucri prohibentur mercaturam ejusmodi levem & ſordidam facere *l. 3. C. de Commerc. & mercat. c. 1. Ne Clericus vel monachus*

chus

chus sec. negot. se immisc. c. Clerici 14. qv. 4. Deniqve mo-
135 nopolium etiam qvoddã sapiebat, & qvidem in iis rebus, qvas devotionis causa emere cogebatur misera plebecula. Si quis autem monopolium ausus fuerit exercere, bonis propriis spoliatus, perpetuitate damnatur exilii
136 *l. un. C. de monopol.* Sole igitur meridiano clarius effulget, mercaturæ studere, nundinas freqventare, mercesqve distrahere, si loco id suo condignè fiat, de sui intrin-
137 seca naturâ nullum mereri vituperium. Cui enim obscurum? mercaturam αἰσχροκερδείας & πλεονεξίας vitio non laborantem, adeoq; honestam ordinatam esse ad effectum aliqvem necessarium honestumqve, sc. ad sustentationem domus suæ vel pro pauperibus indigentibus, vel etiam ad publicam utilitatem, ne ad victum amictumqve necessaria desint, qvæ hisce in casibus multo
138 mactanda est honore. Hac ratione impiger mercator, si nonnihil superlucratus est, vel familiæ providendo, vel alia justâ causâ, adhibitâ suâ, ut dicitur solertiâ negotiativa, carius vendendo, postqvam pretium mutatum auctumqve ratione loci ac temporis, tantum iterum abest, ut in crimen qvoddam incurrat, ut potius hoc ipsum labore, quem adhibuit, atqve periculo, cui se exposuit, dignum reportet prœmium; cujus etiam sententiæ est Vir acuminis & omni genere doctrinæ præstantiâ incomparabilis Hugo Grotius *de Jure Bell. & Pac. lib. 2. Cap. 12. n.* 14. adeoqve qvilibet hôc modô præsumitur suo labore & industriâ, tum qvoq; divinâ benedictione dives fieri. Alciat. *Tr. de præsumt. reg. 2. præsumt. 27. num. 4.*
139 Menoch. *de præsumt. lib. 6. præsumt. 28. n. 1. & n. 10.* Ut verò paucis multa complectar, vitia interdum dantur hominis, non artis, & discerne usum ab abusu, mercaturã honestam, eandemqve exercentes vitæ integros, frau-
140 disqve non facilè participes sponte judicabis. Qvod si verò

verò de mercatorum qvorundam vitâ suspecta atqve infamia liqvidò constet, eorum libris nihil habebitur fidei, Jason in *L. admonendi ff. de jurejur.* prout infrà suo loco demonstrabitur. Neqvaqvam verò classem eo- 141
rum mercatorum, pro qvibus in optimam partem præsumtio est, libriqve eorum aliqvâ fide digni judicantur, ex ornant dardanarii, tricones, falsarii, & stoccii, rompicolli, retrangoli, ciananciarii & qvi stellionatum committunt, ac in pannis, aromatibus, vinis & serico imprimis, qvos tinctores Cacodæmonis vulgo vocant, imposturas exercent, de qvibus diversi Imperii Recessus *de Anno* 1500. 1548. 1530. 1551. 1555. 1566. 1570. 1603. & innumera Germaniæ tam principum, qvam civitatum statuta v. g. Castellæ apud Scacciam §. 1. *qv.* 1. *num.* 566. Siciliæ, apud Menoch. *Cent.* 2. 4. *Cas.* 382. *num.* 8. Cathaloniæ, apud *Joh. Socarratis ad Consvetud. Catalon. pag.* 424. Hispaniæ, *Cod. LL. Hisp. p.* 5. *tit.* 7. Galliæ *lib.* 4. *tit.* 12. §. 4. *& ibi* Gvenois. Neapolis *lib.* 3. *Rubr.* 33. *& seq.* Delphinatus Franc. Marci *Decis. Delph. qv.* 540. Cœnomaniæ *art.* 192. Romæ, Scacc. *d. l.* Briæ *tit. d. revendulis* Feltri *lib.* . *cap.* 81. *&* 88. Lugduni, *Privileges du Lyon. in pr.* 15. Anconæ, Strach. *de decoctor. part. ult. n.* 21. Causa Efficiens mi- 142
nus principalis & instrumentalis est institor seu registrator, der Buchhalter / qvando sc. mercator est sedulus & Registrator fide dignus, Brunneman. *in proc. Civ. Cap.* 19. *num.* 4. *vid. Cap.* 7.

CAP. V.

DE SUBJECTO.

Causa materialis librorum mercat. num. 1.

Subjectum activum est mercator, qvi producit librum sive sit actor, sive reus num. 2.

Appellatur alias creditor, cujus appellatio latius patet. n. 3.
Credere qvando dicimur num. 4.
Rerum creditarum appellatione qvid prætor comprehendat, num. 5.
Mercatores merces suas aliis credunt n. 6.
Subjectum passivum est debitor n. 7.
Isqve tam actor qvam reus. n. 8.

I.

1 CAusa Efficiente absolutâ, seqvitur *causa materialis* qvæ est vel *in qva*, vel *ex qva*, vel *circa qvam. Materia in qvâ*, qvæ & *subjectiva* dicitur, est
2 vel subjectum activum, vel passivum. Subjectum activum dicimus eum, qvi librum in judicio ad recognoscendum producit, sive actor sit, sive reus, & aliàs dicitur
3 creditor, cujus appellatio latius patet, & ad qvamcunqve actionem, persecutionemqve extraordinariam, ac ubi qvocunqve modo debetur, refertur *l.* 10. *§.* 2. *l.* 178. *§.* 2. *ff. de V. S.* Petr. Anch. *Cons.* 105. *num.* 9. Roman. *Cons.* 104. Franz. *in Comment ad ff. de Reb. Credit. num.* 9.
4 *seqq.* Et Credere dicimur, cuicunqve rei assentimur, alienam fidem secuti, mox recepturi qvid ex contra-
5 ctu, Barnab. Briss. *de Verbor. signif. voc. Creditor.* Item *rerum, creditarum* appellatione Prætor Edicto suo omnes contractus, qvos alienam fidem secuti instituimus, complectebatur *l.* 1. *ff. de Reb. Cred.* Hinc *in creditum abire* est fidem emtoris seqvi, & ei fidem habere de pretio *l.* 5. *§. plane ff. de Tribut. act.* & *in creditum dare & accipere*, est credendi causa dare *l.* 19. *§. ult. l.* 20. *ff. de Reb. Credit.*
6 Qvod omnino prædicatur de mercatoribus, qvi merces suas aliis credunt, suumqve creditum libris rationum inscribunt, ut mox pretium pro mercibus recipiant, alioqvi debitores suos ad solutionem mediante judicis officio ad
7 id compellant *l.* 1. *pr. & t. t. de O. & A.* Subjectum passivum est *debitor*, qvi propriè intelligitur is, a qvo peti, & ab

abinvito qvid exigi poteſt *l.* 108. *ff. de V. S. l.* 16 *§. fidejuſſ. ff. de fidejuſſor.* Eſtqve tam actor, qvam reus. Reus, ſi ab 8
actore liber mercatoris ad fundandam actionem producitur; actor verò, ſi a reo ad probandam exceptionem profertur *l.* 5. 6. *ff. C. de Ed. arg l.* 16. *C. de fide Inſtrument.* uti ex Cap. 9. &. 10. patebit.

CAP. VI.

DE

OBJECTO.

SUMMARIA.

Objectum librorum mercat. ſunt data & accepta n. 1.

In qvibus conveniant mercatores cum nummulariis & argentariis. n. 2.

Adducitur eum in finem l. 6. *§.* 3, *ff. de Ed. n.* 3.

Liber continens ſolùm data, non probat pro ſcribente, n. 4.

Si mercator ſcripſit librum ſimpliciter ſuper creditis, non vocatur liber rationum, ſed ſcriptura debiti. n. 5.

Data & accepta debent in libro mercatoris contineri apertè & diſtinctè. n. 6,

Si Liber mercat. continet tantùm data, ſed habet inſcriptionem datorum & receptorum, qvid juris? n. 7.

Sufficit librum eſſe confectum adſcribendum data & accepta cum debita forma. n. 8.

Et ſatis eſt deſcribi in principio unius folii data, & alterius folii accepta. n. 9.

Illis ita diſpoſitis, formaliter dicitur compoſitus liber. n. 10.

Emptores mercium ſæpius procurant fidem ſibi habendam de pretio. n. 11.

Finis librorum mercat. concernit horum favorem. n. 12.

Dum mercator vendit merces, & de pretio fidem habet, hoc non debet contrarium prædicto fini operari effectum. n. 13.

Præter debita & accepta nonnulli Dd. reqvirunt etiam deſignationem dierum. n. 14.

Eorum ratio. num. 15.

Cui ſententia accedit Carpz. n. 16.

Decla-

pro parte reprobari potest num. 77.
Si qvis libro rationum semel contradixit, non potest eundem postea in sui favorem approbare. num. 78.
Qvi semel negavit aliqvam positionem, postea illa pro se uti neqvit. num. 79.
Reus negans contenta in libello vera esse, non potest in illis fundamentum ponere. n. 80.
Qvi non acceptat confessionem adversarii in judicio, non potest se eâ juvare. num. 81.

1 ENucleandum jam est Librorum mercat. objectum, qvod ex datis & acceptis i. e. debitis & creditis consistit, daß darin Ausgaben und Einnahmen / Schulden und Gegenforderungen begriffen und einverleibet seyn/ Finckelthaus. *Obs.* 79. Mer-
2 catores enim non minus ac nummularios argentariosqve accipere pecuniam, eamq; erogare *arg. l. 9. §. 2. ff.*
3 *de Ed.* non difficulter colligitur. Atqve hoc eò clarius patet ex *l. 6. §. 3. ff. de Ed.* ubi ejusmodi liber seu ratio describitur ultro citroqve dandi, accipiendi, credendi, obligandi, solvendiqve sui causa negotiatio. Aliàs
4 enim si liber contineret solum data, non probaret pro scribente. Alex. *Cons. pen. num.* 8. Cravett. *de antiqvit. temp. rubr.* 4. *num.* 44. Strach. *de mercat. p.* 2. *num.* 56. Rol. a Valle *Cons.* 49. *num.* 28. *lib.* 1. Menoch. *de A. J. Qv. lib.* 2. *Cent.* 1. *cas.* 92. *num.* 6. Mascard. *de probat. Conclus.* 973. *num.* 7. Et si mercator scripserit librum
5 simpliciter super creditis suis, absqve inscriptione receptorum, tum non vocaretur liber rationum, sed scriptura crediti, ut post Bald. Castrens. & alios notavit Jason. in *l. 31. ff. de jurejur. num.* 120. Nam rationes & computa idem significant, & liber rationum dicitur qvoqve scriptura continens data & accepta, uti ex all.
6 *l. 6. §. 3. ff. de Edend.* fuit ostensum. Nec satis est, qvod liber continent data & accepta, sed reqviritur ulterius

ut

ut contineat apertè & distinctè v. g. non sufficit scribere recepta, nisi scribatur, a qvo receptum sit nominatim & ex qva causa: Rursus non sufficit scribere data simpliciter, sed scribi debet, cui nominatim datum sit, Strach. *de mercat. p. 2. num. 57.* Cravett. *de antiqvit. temp. d. l.* Sed si liber mercatoris contineret 7
data tantùm, sed haberet inscriptionem datorum & acceptorum, & tamen recepta non essent scripta, qvia forte nihil receptum fuit? Resp. non per hoc liber mancus esset, vel vis ipsius probandi propterea infringeretur, eò, qvod sufficeret, eum sic esse confectum ad 8
inscribendum data & accepta cum debita formâ, qvanqvam accepta non ponantur, ob defectum acceptorum qvod nihil sit solutum: Qvo casu sane non potest vocari simplex scriptura, continens credita tantum scribentis, sed liber, qvi formaliter paratus est ad utrumqve scribendum. Adeoqve satis est describi capitula per ordinem in libro, ut puta, in principio unius folii po- 9
nitur capitulum de rebus datis, & in principio alterius folii aliud capitulum de rebus acceptis, ut de libro administratoris docet Munoz. de Escobar. *de ratiocin. cap. 10. num. 69.* Et his ita dispositis qvoad data & accepta 10
secundum Eund. formaliter dicitur compositus liber, quamvis accepta non reperiantur explicata, qvia nihil fuerit receptum, sed tantum datum. Nam sæpius pro- 11
curant emtores mercium fidem sibi habendam de pretio, ubi finis, ob qvem datur fides libris mercatorum, principaliter concernit beneficium mercatorum scri- 12
bentium, & consignantium merces, ut valeant mercaturam sine damno exercere, ideo dispositum ad unum finem, non debet contrarium ejus operari *text. in l. legata inutiliter ff. de adim. legat.* Everh. in *loc. argum. legat. loc. 57.* Dum itaqve exercet mercator alia negotia, 1[illegible]

ven-

vendit merces, & de pretio fidem habet, hoc ipſum non
factâ ſolutione pretii contrarium prædicto fini ac juſti-
tiæ non debet operari effectum, ut ſuum non valeret
14 recuperare. Datis illis & acceptis, appoſitum etiam eſſe
debere annum, menſem & diem, volunt Marqvard.
de Mercat. lib. 3. *cap.* 9. *num.* 37. ubi allegat *Reformatio-
nem Francof. verb.* mit Vermeldung des Jahres/Mo-
15 naths und Tages. Stracha *de mercat. p.* 2. *num.* 61. pro-
pterea, qvia ſine die certo rationes implicatæ reddun-
16 tur, ut explicari non poſſint. Qvam ſententiam am-
plectitur etiam Carpz. *p.* 1. *C.* 17. *Def.* 35. *num.* 8. pro
qva ſtabiliendâ adducit. *l.* 82. *ff. de Condit. & demonſtrat.*
Idem volunt Anton. Faber. in *C. lib.* 4. *tit.* 16. *num.* 1. Joh.
17 Köppen. *Dec.* 46. *num.* 55. Contrarium hic propter
l. *in ſumma* §. 4. *de aq. & aq. pluv. arc. act. l.* 6. §. 2. *ff.
qvemadm. teſtam. ap. l.* 34. §. 1. *ff. de pignor. & hypoth.*
18 ſtatui poſſet. Nam ſecundum *all. l.* 34. inſtrumen-
tum privatum fidem facit & debitum probat, etiamſi
in ea dies, qvo fuit confectum, appoſitus non ſit. Hinc
obligatus ad rationem reddendam ſatisfacit obligatio-
ni, ſi codicem rationum vel membranas legendas tra-
19 dat Abb. *Conſ.* 28. *Vol.* 1. *n.* 1. Cujus ſententia probatur
ex l. argentariis 10. §. *edi* 2. *ff. de Ed. ibi: Sed ut ea ſola pars
rationum, qvæ ad inſtruendum aliqvem pertineat, inſpi-
ciatur & deſcribatur,* uti ex hoc textu argumentatur.
Octav. Oſaſc. *Dec.* 128. *num.* 5. & Garc. *de Expenſ. cap.*
20 20. *verſ. unde ſi liber.* Accedit & hoc, qvod ſcriptura
privata, annum, menſem & diem, qvod contrahentes
ipſos & eorum heredes attinet, non exigit: Secus fue-
rit, ſi de πρωτοπραξίας ſeu prælationis jure in bonis debi-
toris agatur, ut teſtatur Gothofred. ad *all. l.* 34. §. 1. *ff.*
21 *de pignor. & hypoth.* Itaqve B. Carpzovius mentione
factâ hujus reqviſiti, non tam ad probationem debiti,

qvam

qvam ad usum prioritatis respexisse præsumitur, cum *l.84. ff. de condit. & demonstrat.* ab ipso allegata, de specificâ dierum designatione nihil contineatur, conf. Rot. Gen. *Dec.126. num. 4. inf.* Lex eqvidem 1. *§. rationes ff. de Ed.* reqvirere videtur, ut liber rationum ad 22
faciendam fidem contineat diem & consulem. Verùm distingvendum hic erit inter libros rationum. Qvidam enim sunt confecti ab habente officium publicum, uti erant olim nummulari *l. qvædam 9. §. nummularios 2. ff. de Ed.* exactores tributorum, gabellarii, ac thesaurarii *l. illatæ 4. C. de fide Instrument.* Qvidam sunt confecti ab obligatis ratione alicujus administrationis, ut libri tutorum & curatorum *l. 1. §. officio 3. ff. de tutel. & ration. distr.* qvi libri debent esse solennes cum die, anno & consule *l. 1. §. conditiones ff. de Ed.* Joh. Andr. *in addit. ad Speculat. tit. de Instrument. Edit.* Alex. *Cons. 84.* Qvidam deniqve libri sunt confecti pro arbitrio & voluntate scribentis, ut sunt libri, qvos qvisq; sibi privatim conficit, ut mercatorum, qvi non exigunt dictam solennitatem Joh. Andr. & Immol. *in cap. 2. X. de fid. instrument.* Beust. *de jurejur. num. 10. 11.* Ripa *in l. 31. ff. de jurejur. num. 120.* Sed qvia Carpzovii aliorum- 23
qve idem cum eo statuentium sententia in praxi est recepta, eidem etiam inhærendum. Possunt tamen contrariæ opiniones ita conciliari. Nimirum, si ex omissio- 24
ne temporis non resultaret partitarum incertitudo, in libro descriptarum, nec emergeret ambiguitas, & de tempore implicitè constaret, v. g. supposito anno certo, diceretur tempore vindemiarum vel tempore messium, tunc valere librum absqve expressione mensis vel diei, cum ratio ita dispungi possit, Joseph. Ludovic. *Dec. 56. num. 14.* Aut verò nullo anno certificato talis resultaret incertitudo, ut rationes nullo modo expli-

cari possint, tunc primam obtinere opinionem, & ita sentiunt Covarruv. *pract. qv. cap.* 20. *num.* 2. *vers.* 4. Munnoz. de Escobar. *de Ratiocin. cap.* 10. *num.* 57. Gait. *de Reb. Credit. cap.* 2. *tit.* 3. *num.* 169. Gratian. *discept. for. Tom.* 3. *cap.* 563. *num.* 32. *seqq.*

25 Qvodsi verò appareret, mercatorem tradidisse merces alicui, sed solùm dubitaretur de qvantitate earum, num qvantitas, licet magna, videatur probari
26 posse libro rationum? Aff. v. g. mercator tradidit merces aurigæ aliqvò vehendas, qvas auriga culpâ suâ amisit, jam qv. de taxatione interesse, aut de valore mercium, auriga non negat, merces sibi fuisse commissas, sed qvæstio tantùm est de qvantitate earum, certè super hac qvantitate standum est libro mercatoris cum juramento ejus Corn. *lib.* 4. *Cons.* 318. *in f.*
27 Qvando enim ex testibus vel actis constat de veritate debiti, licet non probetur certa qvantitas, tamen super hâc qvantitate stari debet juramento creditoris, concurrentibus aliqvibus aliis conjecturis, v. g. si testes probent, qvod debitor a me petierit centum mutuò.
28 Sed videtur obstare, qvod paria sint non probare, vel obscurè probare, *l. duo sunt Titii ff. de testament. tut.* hinc qvamvis creditor probet mutuum, nisi tamen probet qvantitatem, illud dicitur incertum *l. certum ff. si certum pet.* ideo offerendo minimum debitor videtur
29 liberari *arg. l. legato generaliter ff. de legat.* 1. Deinde juramento actoris propterea non esset standum, qvod posset in immensum jurare, & licet probet creditor, qvod debitor petierit ab eo centum mutuò, non tamen seqvitur, ergo centum mutuò dedit; multa enim tractantur etiam ab utrâqve parte, qvæ tamen non perficiuntur, & ob id testes deponentes de tractatu, non probant Gl. *in l. eleganter ff. de Condict. indebit. l. multum*

inter-

intereſt C. ſi qvis alt. vel ſibi. Si itaqve tractatus utriusqve partis non attenditur, nec ille rem reddit certam, qvanto minus tractatus unius partis tantum, petentis certam pecuniam mutuò. Verùm ejusmodi ar- 30
gumentatio ab incertitudine deſumta præſenti caſu 31
non conſideratur, cujus qvidem aliàs eſſet conſideratio, ſi ſubſtantia crediti eſſet incerta, at ſi illa jam certa, qvantitas verò incerta, talis incertitudo non vitiat, qvia poteſt certificari per librum mercatoris, ejusqve juramento. *arg. l. hæc venditio §. 1. ff. de Contrah. Emt.* Rayner de Foralivio *in l. 1. ff. de in lit. jurand.* Surd. *Dec. 199. num. 5.* Maſcard. *de probat. Concluſ. 975. num. 33.* Cravett. *Conſ. 396. num. 20. & Conſ. 218. num. 5.* Simi- 32
liter ſtipulatio tritici in genere non vitiatur ratione incertitudinis, qvando ex probabilibus conjecturis certificari poteſt *l. triticum ff. de V. O.* Commemorata au- 33
tem ſupra debita & credita ita ſeſe habere neceſſe eſt, ut primùm ad commerciorum negotiationisqve materiam ſpectent: Ergò nec qvicqvam creditor aliqvis 34
obtinebit, qvando libro ſuo inſerit, domum meam ad ſe pertinere, aut me in tali re damnum dediſſe; Mer- 35
catoribus enim tantùm favore mercaturæ pro ejus vigore & compendiis ex conſvetudine indultum eſt, qvod eorum libri probent. Strach. *de mercat. tit. qvomod. in cauſ. mercat. proc. num. 30. ſeqq.* Idem dicen- 36
dum, ſi mercator mutuum, commodatum, depoſitum, fidejuſſionem, vel alia in libro ſuo ſcripſerit, qvia hæc non ſunt de mercaturâ. Mev. *ad Jus Lubec. lib. 5. tit. 6. art. 4.* niſi ratione mercaturæ, & occaſione factum 37
fuerit, tunc enim mutuatarius, commodatarius, depoſitarius, aut fidejuſſor omninò tenebitur. Item, ſi qvid 38
ſcriptum ſit in libro mercatoris, qvod non pertinet ad negotiationem ejus; puta, ſi negotiaretur cum panno

tantùm, & in libro ipsius reperiretur scriptum de corio alteri dato, ut latius declarat Jason *ad l. 31. ff. de ju-*
39 *rejur. num. 119. cum seqq.* Eadem ratio obtinet, si qvis librum rationum fecerit, qvi non fuerit mercator. Qvilibet enim paterfamilias solet habere librum ejusmodi vel Calendarium, in qvod expensas seu reditus, pro-
40 ut res postulat, confert. Ratio autem, cur mercatoribus credatur, affertur hæc ab Hahnio *ad Wesenbec. tit. de fid. instrument. num. 6.* qvod de negotiatione suâ scripserint, & ob emtorem egestatem de mercium ven-
41 ditarum pretio eorum fidem seqvi cogantur. Qvod in eorum libris, qvi mercatores non sunt, & ubi libri, prout inciderit, privatim, non ascito tabellione, non præsente adversario, non rogatis testibus, *l. 5. C. de probat.* confecti sunt, non obtinet, atqve hanc ob causam modicam tantùm pro scribente faciunt præsumtio-
42 nem. Id verò non reqviritur, ut eo tempore, qvo probatio fieri debet, actu mercaturam qvis exerceat, sed sufficit tempore scriptionis actu mercatorem aliqvem fuisse Mev. *ad d. art. 4. num. 14.* Mascard. *de probat.*
43 *Conclus. 976. num. 25.* Deinde etiam dicta illa debita & credita verisimilia esse debent, i. e. ut ex verisimilibus circumstantiis & præsumtionibus possit esse verum, qvod scriptum in libro reperitur, habito respectu ad tempus debiti contracti, solutionis factæ, ad personas contrahentes, & locum contractus Roland a Valle *Cons. 92. num. 6.* Scacc. *de judic. c. 11. num. 53.* Rutg. Ruland. *de Commiss. cap. 13. num. 9.* Gvid. Pap. *Qvæst.* 44. Cravett. *Cons. 275. num. 8.* Trentacinq. *resolut. 7.*
44 *num. 28.* Ea verisimilitudo obtinet, qvando plures partitæ inscriptæ reperiuntur veræ. Fr. Vivius *Dec. 132. num. 8.* Mascard. *de probat. Conclus. 976.* Menoch. *lib. 3. præsumt. 8. num. 1.* Jason. *in l. 31. num. 128. ff. de jurejur.* Mev.

Mev. *Conf.*33.*num.*36. Surd. *Dec.* 199. *num.* 12. Flamin. Cartar. *Dec.*127. *num.* 5. Imò liber in unâ parte veri- 45
ficatus, præſumitur verus in aliis, ſi ſcil. ageretur de ſcriptura diverſarum parcellarum ab eodem mercatore pro eâdem perſonâ ſcriptarum, tunc veritas unius infert veritatem alterius. Hinc ſi debitor negaſſet 46
unam ex parcellis ſcriptis, & illa deinde fuiſſet verificata & probata per ſcribentem, liber tunc ſine controverſia probaret qvoad reliqvas parcellas etiam magni momenti in pœnam negantis. Nam ſicut debitor, qvi 47
negavit debitum, & poſtea convictus illud fatetur, perdit beneficium ceſſionis propter mendacium; Ita & hoc caſu, ſi de mendacio convincitur debitor in unâ parcella, contra eum inſurgit præſumtio qvoad alias Menoch. *lib.* 3. *præſumt.* 63. *num.* 12. Hoc verò non pro- 48
cedit, qvando actus ſunt ſeparati & adſunt diverſæ perſonæ, & inſtrumenta ſunt diverſa. Nam tunc non facienda talis illatio Menoch. *d. l. num.* 8. Dec. *in l.* 7. *n.* 4. *C. de Ed. & Conſ.* 316. Aym. *Conſ.* 257. *num.* 1. Purpurat. *in l.* 31. *ff. de jurejur. num.* 200. Gratian. *Diſceptat. for. Tom.* 2. *cap.* 570. *num.* 36. Econtra ſi liber non 49
continet veriſimilia, ei non credendum. Exemplum tale affert Scacc. *de judic. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 156. *ſeqq.* 50
Si mercator pannorum ſcripſerit, ſe hoc anno dediſſe Mevio tot cannas vel ulnas panni pro faciendis veſtitus, qvæ aſcendant ad valorem ſcut. 200. vel 300. & in partibus receptorum ſcripſerit, ſe recepiſſe ab eodem bolonnos vel Carolinos duos aut qvinqve vel aliam modicam ſimilem ſummam, Mevius autem ſoleat uti veſtibus modici pretii, & fides mercatoris ſit nova, ſeu non notoriè approbata in urbe, ejus libro, qvia contineret inveriſimile tam circa datum, qvam circa receptum non eſſe multum credendum. Sicut enim

propter veriſimilitudinem libris mercatorum fides habetur, ita propter inveriſimilitudinem illis non creditur. Menoch. *de A. J. Qv. lib.1. qv. 76. inf. caſ. 92. n.*
51 *5.* Hinc teſtes non deponentes veriſimilia, non probant Abb. *in cap. qvia veriſimile num. 3. de præſumt. &* *ibid.* Felin. *num. 4.* Campeg. *Tract. de teſtib. reg. 122. fol. 97.* Dec. *Conſ. 94. num. 2.* Cravett. *conſ. 13. num. 36.* Roland. à Vall. *Conſ. 7. num. 17.* Maſcard. *de probat. Concluſ. 364. num. 1. & concluſ. 1402. num. 3.* Item inſtrumentum, continens non veriſimilia, non probat Cravett. *d. Conſ. 134. num. 36.* Socin. *Conſ. 28. num. 9. lib. 3.*
52 Et deniqve omnia ea, qvæ deflectunt a veritate ſunt rejicienda, Card. Alban. *tract. de pot. pap. p. 2. num. 262.* Tiraqvell. *in præfat. ad l. ſi unqvam num. 37. ſeqq. C. de*
53 *Revoc. donat.* Nam qvod non eſt veriſimile, eſt ſuſpectum de falſo Campeg. *d. reg. 122.* Dec. *conſ. 94. num. 2. conſ. 595. num. 8. & conſ. 684. num. 5.* Cravett. *conſ. 28. num 1. conſ. 134. num. 36.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1364. num. 1. & concluſ. 1402. num 8.*
54 Et viciſſim, inſtrumentum eſt ſuſpectum de falſo, ſi non continet veriſimilia Socin. *d. conſ. 28. num. 9. lib. 3.* Cravett. *d. conſ. 28. num. 1.* Maſcard. *de probat. concluſ. 740 n. 35. & concluſ. 1402. num. 23.* Imo omnis ſcriptura eſt ſuſpecta de falſo, ſi veriſimilia non contineat, Alex. *Conſ. 84. num. 3. lib. 7.* qvem
55 ſeqvitur Maſcard. *d. concluſ. 740. num. 36.* & veriſimilitudo in materia falſitatis maxime attenditur Rot. Rom. *p. 2. Dec. 137. num. 3.* & qvod non eſt veriſimile, habet imaginem falſitatis Bald. *in l. 1. num. 9 C. de ſerv. fugit.* Afflict. *Dec. 345. num. 2.* Cravett. *conſ. 9. num. 8. conſ. 28. num. 1.* Menoch. *de arb. jud. qvæſt. caſ. 85. num. 1.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1364. num. 4. concluſ.*
56 *1402. num. 7.* Qvid verò ſit veriſimile aut inveriſimile, committendum eſſe arbitrio judicantis, reſpondet
57 Menoch. *de arbitr. jud. qvæſt. caſ. 85. num. 4.* Qvia tamen arbi-

arbitrium judicis non debet esse effrenatum, sed suas habere regulas; seqventes suppeditat Scacc. *de judic. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 168. *seqq.* Nimirum, verisimile primùm 58
regulariter dicitur illud, qvod convenit juri naturali, Cravetta *Conf.* 8. *num.* 5. qvia verisimilitudo est cognata naturæ Bald. *conf.* 180. *num.* 3. *lib.* 3. Cravett. *d. conf.* 8. *num.* 5. Roland a Valle *Conf.* 49. *num.* 39. *lib.* 4. & ideo verisimilitudo habetur pro lege Oldrad. *conf.* 13. *in f.*
Deinde dicitur verisimile illud, qvod convenit juri 59
communi, Innocent. *in cap. auditis num.* 4. *de præscript.*
Cravett. *conf.* 75. *num.* 24. Menoch. *d. cas.* 85. Porro 60
verisimile dicitur, qvod convenit rationi, eo, qvod Dd. allegati promiscuè loqvantur de jure & ratione Scacc.
num. 171. Nam valet argumentum de ratione ad legem 61
& contra, ut docet Everhard. in suis argumentis. Præterea verisimile est, qvod aptius est subjectæ materiæ 62
Scacc. *num.* 172. & qvod ut plurimum evenire solet, 63
qvia illud, qvod est verisimile, debet in dubio præsumi, sed in dubio debet præsumi id, qvod freqventius contingit, Cravett. *de antiqvit. temp. in verb. materia ista singularis num.* 118. Deniqve verisimile est, qvod ex- 64
perientia præteritorum svadet, & cadit in communem intellectum, seu opinionem hominum Scacc. *num.* 174.
Cæterum, non oppositâ inverisimilitudine, liber præsu- 65
mitur potius continere verisimilia. Nam nemine op- 66
ponente, veritas & bonitas præsumitur Alciat. *de præsumt. reg.* 3. *præs.* 4. *n.* 2. Sed si in libro mercatoris con- 67
tinerentur partitæ relatæ ad alium librum, an illi fides habenda? Neg. Nam liber referens non probat, ni- 68
si libro relato exhibito *Auth. si qvis in aliqvo C. de Ed. l. in testamento ff. de Condit. & demonst. l. Titiæ textoris de Leg.* 1. Qvod etiam procedit in publica scripturâ re- 69
ferente se ad aliam, & qvamvis in ea Notarius attestetur

tur scripturam relatam fuisse a se confectam, qvia utiqve relata exhiberi deberet, idemqve si Notarius diceret, se vidisse & legisse, aut si tenor inferatur, nam adhuc exhiberi deberet, uti testatur Osasc. *Dec.* 166. *num.* 1. Surd. *cons.* 419. Intelligenda verò hæc sunt de illis, qvæ non pendent a voluntate scribentis seu refe-
70 rentis; Nam si penderent a referentis voluntate, de qva apertè & explicitè in scriptura referente appareret, tunc etiam non exhibitâ scriptura relata crederetur scripturæ referenti, qvamvis tenor non esset insertus, dummodo in substantia relatum referatur & explicetur Gratian. *Discept. For. lib.* 2. *cap.* 501. *num.* 17. Surd.
71 *cons.* 419. *num.* 22. Restringitur etiam hoc respectu absentium & extraneorum, qvi non contraxerunt, ex qvo inter contrahentes narrata in scriptura probant qvoqve sine exhibitione scripturæ relatæ, qvando substantiæ contentorum in relata scripturâ narrantur in referente Alex. *in l. sciendum. num.* 9. *ff. de V. O.* Natta *Cons.* 40. *in f.* Gratian. *Discept. for. lib.* 4. *cap.* 693. *n.* 1. *seqq.* Mascard. *de probat. Vol.* 2. *conclus.* 924. *num.* 5.
72 Notari deniqve meretur, qvod licet apud mercatores in more positum usuqve receptum sit, ut debita sua & credita in libris rationum invicem e regione contra scribant, pro compensatione tamen hoc non habeatur, neqve debitum extingvi censeatur, cum ita more suo sibi mutuò annumerent, non ut solvant in exstinctionem certi debiti, sed qvasi novum sit creditum, debitorqve semper declarare potest, in qvam causam velit solutum Alex. *Cons.* 85. *lib.* 3. Rot. Florent. *Dec.* 3. *n.*
73 30. *Roman. cons.* 73. *vol.* 1. Qvando itaqve in hoc rationum libro acceptum & datum scriptum est: an iis, contra qvem liber a scribente producitur, teneatur illi fidem adhibere, tam pro se, qvam contra se? v. g. Aloysius

ſius in ſuo libro ſcripſit, ſe a me centum mutui nomine accepiſſe, in alia deinde ejusdem libri paginâ ſcripſit, ſe mihi qvinqvaginta ſolviſſe. Dubitatur, an ego, qvi volo juvari illo libro rationum contra dictum Aloyſium ſcribentem, tenear etiam illi libro acqvieſcere contra me ipſum? Aff. *l. 26. §. f. ff. depoſ.* Qvia ſcri- 74
pturæ, libri, inſtrumenta producta ſunt individua & communia, qvalia pro parte approbari & pro parte rejici non poſſunt, Joach. a Beuſt. *ad l. 31. ff. de jurejur. num. 767. & ſeqq.* Rutg. Ruland. *de Commiſſ. p. 2. lib. 5. cap. 32. num. 13.* Et omne productum in judicio, cenſe- 75
tur per producentem approbatum *c. cum venerabili X. de Except.* Moller. *lib. 1. Semeſt. cap. 22.* Inter merca- 76
tores etiam agitur de bono & æqvo, acceptatio vero confeſſionis pro parte, & pro aliâ negatio, eſt qvædam ſubtilitas, qvæ non approbanda inter mercatores. Non 77
tamen diffitendum eſt, ad cognoſcendum, an liber in parte acceptatus, in alia qvoqve vel acceptari, vel reprobari poſſit, diverſos dari caſus diligenter expoſitos a Menoch. *de A. J. Q. caſu 93. num. 4. ſeqq.* ex qvo autore poſtea eosdem mutuati ſunt alii v. 9. Munoz. ab Eſcobar. *de Ratiocin. cap. 13. num. 4. ſeqq.* Nicol. *de Paſſer. de ſcript. priv. lib. 4. qv. 2. per tot.* Si verò qvis 78
tali libro rationum ſemel contradixiſſet & poſtea cum videret aliqvid ſcriptum in illo libro in ſui favorem, an mutatâ voluntate poſſit approbare talem librum contra ſcribentem? Neg. Trentacinqv. *variar. Reſol. lib. 2. tit. de probat. reſolut. 7. num. 19.* Maſcard. *de probat. Concluſ. 967. num. ult.* qvia, qvod qvis ſemel impugna- 79
vit, eo ſe poſtea juvare non poteſt *cap. ex eo de R. J. in 6.* Qvemadmodum ille, qvi ſemel negavit aliqvam poſitionem, poſtea illa pro ſe uti, vel ſuper ea ſe fundare non poteſt *l. 1. §. ſi qvis ſimpliciter ff. de V. O.* Bart. *in l.*

non utiqve de Except. & *l. post legatum in pr. num.* 11. *de*
80 *his qvib. ut indign.* Et reus negans contenta in libello vera esse, non potest in illis fundamentum ponere, *c. cum olim* 19. *X. de Censib. l. Papinianus* 8. §. 14. *ff. de inoff. testam. l. qvi falsas* 6. *C. ad Cornel. de fals. l. si exheredati. fin. de inoff. testam. l.* 45. *ff. de acqv. vel amitt. hered.* Bart. *in l. post legatum num.* 4. *ff. de his qvib. ut indign.* & *l.* 12. *§. nihil commune num.* 4. *ff. de acqvir. vel omitt. hered.* Felin. *in c. super literis num.* 16. *de Rescript.* Bald. *in l. cum precum* 9. *C. de Liber. caus.* Gabriel. *Com Opin. lib.* 6.
81 *tit. de Reg. jur.* Sic, qvi non acceptat confessionem adversarii in judicio, non potest se ea juvare, ut tradit. Bald. *in l.* 3. *num.* 2. *C. de repud. hered.* Multo minus poterit se juvare præsenti casu, cum expresse contradixerit.

CAP. VII.

DE FORMA.

SUMMARIA.

Forma librorum mercat. n. 1.
Ad Librum mercat. reqviritur titulus seu Inscriptio. n. 2.
Inscriptio est necessaria pro declaratione eorum, qvæ in libro apparent scripta. n. 3.
Argumentum ex titulo ad mercaturam communi nomine factam num. 4.
Societatem renovatam ex titulo probavit Socin. num. 5.
Liber debet esse compactus & confectus proborum mercatorum more. num. 6.
Rationes non sunt reddendæ in chartabulis. n. 7.
Gail. Finckelthaus. & Ayrer volunt, ut libri propriâ mercatoris manu sint conscripti. num. 8.
A quâ sententia alii Dd. rectè recedunt. num. 9.
Sed sufficit, si rationes saltem ab administratore vel institore sint consignatæ. n. 10.
Adducuntur eum in finem duo præ-

SUccedit forma, qvæ in confectione ritè & legitimè 1
facta consistit. Ut autem ritè fiat reqviritur primò 2

 titulus

titulus, ſeu inſcriptio libri v. g. *Hic liber eſt Aloyſii Thomaſini* Strach. *de mercat. p. 2. num. 53. ſeqq.* Sigism. Scacc. *de judic. lib. 2. cap. 11. num. 267.* & ex illo Nicol.
3 de Paſſerib. *de ſcript. priv. lib. 4. qv. 21. num. 95.* Qvæ inſcriptio neceſſaria eſt pro declaratione eorum, qvæ in libro apparent ſcripta. Nam ex ipſo titulo ſeu præfatione poteſt declarari mens illius, qvi conficit, ſeu mandat fieri librum, ſecundum ea, qvæ ſcribit Socin. *Conſ.*
4 87. *num. 8. & num. 15.* Hinc Bart. & Bald. *in l. ſi patruus C. commun. utr. judic. l. Neſennius C. de negot. geſt.* ſumunt argumentum mercaturam communi nomine factam, ſi in initio Codicis ſcriptum eſt: *Hic liber eſt G. &*
5 *B. fratrum.* Et Socin. *all. Conſ.* 87. cum caſus contingeret, mortuum ſocium, & conſeqventer unius ſocii morte extinctam ſocietatem. *§. ſolvitur. Inſt. pro ſoc. l. nemo §. actione ff. eod.* ſed cum illa non ſolùm expreſsè, ſed etiam tacitè contrahatur *l. conſenſu ff. de O. & A.* ſocietatem renovatam ex titulo ſeu præfatione Codicis pro-
6 bavit. Deinde etiam hic liber debet eſſe confectus proborum mercatorum more & compactus, ſeu Codex Magiſtralis, ut inde aliqva charta detrahi ſeu addi non poſſit. Et ita praxi obſervatur edi ſemper codices compaginatos, qvia perfunctoriis ſcripturæ foliis nulla fides
7 habenda, & propterea dicitur rationes non eſſe reddendas in chartabulis, Bald. *Conſ. 152. num. 1.* Petr. de Ubald. *Tr. de duob. fratr. p. 12. num. 7.* Strach. *de Mercat. p. 2. num. 89.* Marqvard. *de Mercat. lib. 3. cap. 9. n.*
8 42. Mev. *1. Dec. 241. num. 9.* Reqvirunt porro Gail, Finckelthauſ. locis ſupra allegatis & Ayrer *Proceſſ. Hiſt. p. 1. cap. 9. obſ. 8. num. 12.* ut ejusmodi libri propriâ proferentis, ſeu ipſius mercatoris, non alterius manu ſint conſcripti. A qva ſententia Brunneman. *ad l. 9. ff. de*
9 *Ed.* Marqvard. *de jure Mercator. l. 3. c. 9. num. 29. & ſeqq.*

seqq. Mev. *ad Jur. Lubec. lib. 5. tit. 6. art. 4. num. 23.* faciunt
secessum. Qvibus etiam adstipulatur Carpz. *p. 1. C. 17.*
Def. 35. qvi expressè statuit, sufficere, si rationes saltem 10
ab administratore vel institore vulgò Buchhalter alia-
vê personâ certa, honesta & fide dignâ fuerint consi-
gnatæ. Hinc Scabinos Lipsienses in Causa Georgii Krah- 11
mers zu Leipzig mense Febr. Anno 1578. hunc modum
pronunciasse refert: Hat Christoph Weidner eine Zeithero
mit euch gehandelt/ und ist euch vermöge des Außzugs
869. fl. 14. gr. 4. pf. schuldig blieben. Ob er nun gleich euch
darüber keine Handschrifft gegeben; Da ihr aber dennoch/
oder euer Handels-Diener/ so die Posten des Außzugs in
euer Handels-Buch geschrieben/ dasselbe mit einem leibli-
chen Eyde bestärcken würde etc. So würde Euch die Zah-
lung des Restes aus seinen Gütern billig gefolget. V. R. W.
Et in causa Georgii Wincklers contra Christoph Bieh-
lers Erben ventilata coram Senatu Lipsiensi Mens.
Octobr. Anno 1635. Würde nun Kläger sein Handels-
buch in Person/ oder durch den Handels-Diener/welcher
dasselbe gehalten/ und die verzeichnete Posten eingeschrie-
ben/mit einem leiblichen Eyde bestärcken/inmassen ihme zu
thun oblieget; So seynd auch Beklagte/ die in andern Aus-
zuge nahmhafft gemachte Posten ihres Vorwendens un-
geachtet abzustatten pflichtig V. R. W. Id qvod etiam ra-
tionem & æqvitatem sapit Hahn. *in not. ad Wesenbec. tit.*
de fid. instrument. n. 6. Qvia qvicqvid reperitur scri- 12
ptum in libro rationum penes mercatorem existente,
ipsius nomine & præscitu, dum contra ipsum probat ac
fidem facit, præsumitur scriptum Strach. *d. Tr. p. 2. num.*
65. Menoch. *de præsumt. lib. 3. præsunt. 62.* Imo, ejus-
modi libro major fides accedit, si pro mercatore qvid
scriptum est manu aliena: Scriptura enim tertii magis 13
pro aliqvo probat, qvam scriptura propria, qvod ratio

natnralis ſvadere videtur. Sicut enim vox & depoſitio
14 tertii poteſt probare pro aliqvo tanqvam verùm teſti-
monium, & tamen propria vox non admittitur, *l. nullus*
15 *10. ff. de teſtib. l. omnibus 10. C. eod.* Idẽ pariter dicendum eſt
de ſcriptura, cum à pari procedant *l. in exercendis 15. C. de*
fid. Inſtrum. nec magis credi debet ſcripturæ alicujus,
qvam vivæ ejus voci Paul. de Caſtro *Conſ. 285. & Conſ.*
16 *406. lib. 1.* Nec obſtat *L. generaliter 13. C. de non numerat.*
pecun. qvia loqvitur de ſcriptura aut confeſſione in
præjudicium ſcribentis aut confitentis, & ſic contra
eum, non pro eo. Qvo caſu qvidem fatendum, qvod
contra debitorem majorem fidem faciat ejus ſcriptura
aut confeſſio, qvam alterius tertii, neutiqvam verò in
17 ejus favorem. Adeoqve huic ſententiæ, qvia tam
in foro Saxonico qvam alibi eſt recepta, meritò ſub-
18 ſcribendum. Præterea neceſſe eſt, ut cauſa debiti in illis
exprimatur i. e. ut ſubjungatur, aus was Uhrſachen und
woher die Schuld erwachſen / *l. 25. §. 4. ff. de probat.*
19 Qvod omnino hic reqviritur. Uti enim non ſemel moni-
tum, libris hujusmodi tantum in illis creditur, qvæ per-
tinent ad negotiationis exercitum; An vero debitum
ex illâ provenerit, melius non conſtabit, qvàm ſi cauſa
fuerit adjecta *arg. l. 5. C. de Exact. tribut.* ibiqve Dn.
20 Brunnem. Ant. Faber *in C. lib. 4. tit. 16. def. 5. num. 3.* So-
lam etiam ſcripturam non eſſe modum conſtituendi ob-
ligationem, ſed adducere tantum præſumtionem obli-
gationis ex cauſa, qvæ allegatur præceſſiſſe, teſtantur
Sichard: *ad l. 3. C. de Reb. Credit. num. 36.* & Carpz. *all. l.*
21 Ergo, ſi de cauſa debiti, uti in omni obligatione *d. l. 25.*
§. f. ff. de probat. & cap. 14. X. de fid. Inſtrum. ita & etiam in
libris mercatorum non apparet, in effectu nihil proba-
22 tum eſt. Imo juxta *Gail. lib. 2. Obſ. 13. num. 9.* cautio
obligatoria ſine expreſſione cauſæ utroqve jure in-
efficax

efficax eſt,etiam ſtipulatione interveniente, v. g. promittis, promitto, & licet deſuper inſtrumentum ſit confectum, per text. *in l. 16. C. de nonnum. pec. l. ult. §. 1. C. de Compenſat. d. cap. ſi cautio* 14. *X. de fide Inſtrum.* uti re- 23
fert Dn. Carpz. pronunciaſſe Dnn. Scabinos Lipſienſes in cauſa Matthæi Stramblers zu Podelwitz Menſ. April. 1629. Ob ſie nun wohl zu Beſcheinigung ſolcher Foderung ein Inſtrumentum eines ertheileten conſenſus, ſo von 27. Jahren ausgehåndiget worden / produciret, Da aber dennoch eurem Bericht nach darinn gantz keine cauſa debendi zu befinden / noch auch ſonſten eine Obligation vorhanden were / daraus zu vernehmen / wo die Schuld eigentlich herrůhret ꝛc. So were angeregter Conſens zu rechte nicht beſtåndig / derowegen Ihr auch die Zahlung zu thun nicht angehalten werden möchtet. Unde ſcripturæ expreſſam debendi cauſam minimè 24
continenti ſemper doli exceptio obſtat, *l. 2. §. 3. ff. de dol. mal. & met. except.* & ſolutum ex obligatione ſine cau- 25
ſa condici poteſt, *l. 3. ff. de Condict. ſeu cauſ.* Matth. Coler. *de proceſſ. Execut. p.* 3. *Cap.* 1. *num.* 8. Matth. Berl. *pract. Concluſ. lib.* 1. *concluſ.* 80. *num.* 8. Ratio eſt: qvod 26
deficiente fundamento debiti, deficit fundamentum inſtrumenti ſive chirographi. Sicut enim debitum fundatur in cauſa per *dd. ll.* Ita inſtrumentum & ſcriptura 27
fundantur in debito, cum hic finis & principalis effectus ſit inſtrumenti, ſcripturæ & chirographi, non ut debitum conſtituat, ſed ut legitimè conſtitutum probet, 28
hinc amiſſio inſtrumenti & chirographi non obeſt, ſi modo ex aliis manifeſtis & indubiis probationibus debitores appareant, *l. 1. l. 4. l. 5. C. de fid. Inſtrum.* Neqve 29
ſolùm in Libris mercatorum reqviritur cauſam adjectam eſſe, ſed debet etiam illa eſſe apta, clara & intelligibilis, alias enim idem juris eſſet, ac ſi non eſſet inſerta.

29 ta. Paria enim sunt, nullò modo aliqvid esse expressum, & esse expressum incertè, & non intelligibiliter, Bart. *in l. 99. ff. de V. O.* Marsil. *in rubr. de Fidejussor. n.* 318. Becc. *Cons. 5. num. 8. circ. fin.* Scacc. *de judic. cap.*
30 11. *num.* 271. ubi etiam subjicit, qvod causa satis dicatur expressa & certa, si ex conjecturis colligatur, v. g. si liber sit scriptus in formâ rationum, ac continente data
31 & accepta: nam forma ipsarum rationum causam demonstrat, qvod etiam affirmat Bald. *in Rubr. sub num.* 38. *C. de fide Instrument. verb. sed qværo: Si in libro*
32 *mercatoris*, ut ita non sit necessaria alia expressio. Exempla varia in medium affert Scacc. *d. l. num.* 275. v. g. Si Fabius mercator pannorum dederit Titio Cannas seu ulnas decem pannorum: & ita simpliciter scripserit, tot ulnas esse datas & se recepisse ab ipso Titio scut. viginti: certè, licet non aliter sit expressa causa, tamen forma rationum causam indicat. Item, si diceretur qvidam scripsisse, qvod posuerit in banco Dominorum de Ceulis scut. 100. & ab iis in diversis partitis receperit scut. 500, nulla causâ receptorum expressâ, certè forma rationum
33 causam indicat. Hoc tamen restringitur circa tutorem vel alium administratorem, scribentes libros suos seu expensas in libris, qvod non satis dicantur probare expensas scriptas, si non probassent, eas fuisse utiles & necessarias. Ideo liber istorum in expensis scriptis continere debet causam adhoc, ut cognoscatur de utilitate, vel necessitate expensarum, Scacc. *d. l. num.* 277. Esco-
34 bar. *de Ratiocin. cap.* 10. *num.* 47. 48. *seqq.* Et hoc procedit, si liber mercat. in forma rationum, qvæ causam demonstrat, uti dictum, sit scriptus: Secus si in forma unius simplicis confessionis ad obligandum nulla appositâ causa *l. nuda* 26. *ff. de Donat.* Nicol. de Passer. *de script. privat. lib. 4. Qv.* 21. *num.* 64. ubi nulla competit

tit actio sed perpetua non competentis actionis exceptæ *l. 2. §. 3. in f. ff. de dol. mal. & met. except.* Mev. *p. 3. Dec. 22.* Omissa verò in dictis libris uno loco causa, non 35
derogat fidem in alio loco, ubi ea est adjecta, Menoch. *de præsumt. lib. 3. præs. 63.* Reqvirunt etiam aliqvi, ut 36
prædicti libri mereantur dici libri mercatorum, juramentum prius esse præstitum à mercatore ab initio suæ mercaturæ. Hinc Bart. *in l. nuda ratio ff. de donat.* Campsores & mercatores ait, qvi sunt hodiè, licet non habeant officium ex publico, tamen jurant in arte suâ cont. Jason. *in l. admonendi 31. ff. de jurejur.* Felin. *Cap. 2. num. 23. X. de Fid. Instrument.* Verùm, ut rectè mo- 37
net Scacc. *de judic. lib. 2. cap. 11. num. 288.* mercatores hodierni hoc non observant, nullo enim juramento suscepto exercent mercaturam ad lubitum, adeoqve tale juramentum hodiè tempore probationis reqviritur, Carpz. *p. 2. C. 17. def. 35. & Resp. 58. num. 8.* Qvod si 38
verò alicubi tale particulare esset statutum, qvod non admittatur qvispiam ad mercaturam, nisi fuerit approbatus á Collegio mercatorum, & prius juraverit ac promiserit servare ea, qvæ continentur in eorum ordinationibus, juramentum omnino erit præstandum. Deniqve reqviritur, ut mercator sit bonæ fidei, ejus- 39
qve liber contineat verisimilia, de qvibus jam in antecedentibus est actum. Concludimus hic, libros mercatorum tunc tales revera esse, si scripti sunt non perfunctoriè sed more solito & consveto ipsorum mercatorum, Frider. Pruckman. *Vol. 1. Cons. 10. num. 85.* Nicola. a Passer. *de script. privat. lib. 4. Qv. 21. num. 11.*

CAP. VIII.
DE
CAUSA FINALI.

SUMMARIA.

Causa finalis est vel adaeqvata vel inadaeqvata. n. 1.
Inadaeqvata consistit tum in aeqvitate, tum in commodi publici ratione. n. 2.
Deducitur aeqvitas. n. 3.
Solennitatem rigerosam fides mercatorum non admittit. num. 4.
Publici commodi ratio consistit in usu commerciorum. n. 5.
Mercatura qvàm maximè promovet bonum publicum. num. 6.
Mercator ita prodest civibus, ut Medicus aegroto. n. 7.
Nulla resp. aut regio est ex omni parte beata. num. 8.
Altera alterius ope indiget. num. 9.
Mercaturae beneficio multae Respubl. ad summum sunt perductae fastigium. num. 10.
Testimonium Dd. Savedrae. num. 11.
Adducuntur exempla. n. 12.
Per commerciorum exercitium Respubl. sunt factae potentes. num. 13.
Juxta Bald. massa mercatorum est summum bonum & qvintum elementum. num. 14.
Mundus non potest vivere sine mercatoribus. num. 15.
Propter publicam utilitatem mercatores magna acceperunt privilegia. n. 16.
Qvi annonam Lutetiam deferunt sunt a vectigalium solutione exemti. n. 17.
Ut commerciorum cursus sit liberior, mercatorum libris vis probandi tribuitur. n. 18.
Causa finalis Librorum mercat. adaeqvata num. 19.
Probatio dividitur in artificialem & inartificialem. num. 20.
Inartificialis fit per instrumenta. num. 21.
Qvibus annumerantur libri mercatorum. n. 22.
Ejusmodi libri de consvetudine propter utilitatem publicam vim probandi habent. num. 23.
Consvetudo legi scriptae derogare potest n. 24.
In causis mercatorum summariter proceditur. n. 25.

Curia

Curiæ mercatorum æqviparatur Curia Ecclesiasticæ. n.26. *In Curia mercatorum, agitur ex pacto nudo. n.27.*

CAusam formalem excipit *finalis*, qvæ est vel 1
adæqvata, vel *inadæqvata*: *Inadæqvata* vel 2
remota, consistit tum in *æqvitate*, tum in
commodi publici ratione. Nam qvod de 3
consvetudine libris mercatorum tribuitur, ut æqvitati maximè conveniens a Dd. asseritur. Mercatores enim in negotiatione suâ, qvam exercent, sine chirographo fidem habere illis, cum qvibus contrahunt, experientiâ edocemur. Ergo non minus æqvum, ut reciprocè illorum scripturæ fides attribuatur, ut rectè sentit Reinh. Bachov. *in Not. ad Treutl. vol. 2. Disp 4. th. 2. lit. h. in f.* Hinc solennitatem qvandam rigerosam
fides, qvæ inter mercatores abundare debet, haud fa- 4
cilè admittet, qvippe qvorum interest, pecuniam aliis creditam eò citius conseqvi, in eorumqve causis qvam celerrimè procedi, ne fides illorum periclitetur Strach. *de mercator. Rubr. qvomod. in caus. mercat. tit. de Except. num. 5.* Nec minus publici commodi ratio, ut nimi-
rum usus commerciorum Reipublicæ apprimè maxi- 5
mèqve utilis ac necessarius, qvippe qvo sublato, neqve hæc salva esse potest, existeret liberior, hanc singularitatem præ aliis efflagitavit. Bodinus *de Republ. lib. 3. cap. 8.* Nihil enim fere in rebus humanis æqve fre-
qvens reperitur, aut ex multis reqvisitis boni publici 6
stabiliendi magis conveniens existere valet, qvam mercatura, adeo ut optimo jure qvis dixerit, eandem esse sangvinem Reipublicæ, qvo vividum vegetumqve redditur ejus corpus, & mercatores civitatis pedes, qvibus necessaria invehuntur, superflua commo-

dè exportantur vid. Besold. *voc.* Kauffleute / Obrecht. im Politischen Bedencken *num.* 16. Huc facit illud Sene-
7 cæ *lib. 4. de benefic.* Mercator ita prodest civibus, ut medicus ægroto, add. Sot. *de J. & J. lib. 6. qv. 2. art. 2.*
8 *Conclus.* 3. Nullam præterea Rempubl. aut regionem in hoc mortalitatis ergastulo ab omni parte beatam deprehendere licet, Aristot. *polit.* 1. Nam

Nec tellus eadem parit omnia, vitibus illa
Convenit, hæc oleis, hic bene farra virent.

9 Qvocirca altera alterius ope indiget: hæc qvippe frugibus, illa auro & argento abundat, qvod Poëta *lib. 1. Georg.* hoc modo confirmat:

India mittit ebur, molles sua thura Sabæi,
Aut Calybes nudi ferrum, vetiosaqve Pontus
Castorea, Eliadum palmas Epeiros eqvarum.

10 Tacitus prætermitto, haud paucas Respublicas atqve civitates beneficio mercaturæ ad invidendum fastigium esse perductas, & hodierno adhuc die ob suam poten-
11 tiam aliis existere formidabiles. Testatur hoc ipsum satis superqve Didac. Savedr. qvi in *Id. bon. princip. symb. polit. 68. per Commercia* inqvit, *potentissimis cum regibus ac florentissimis Rebuspublicis amicitiæ contrahuntur, & per occasionem negotiationis coloniæ qvà qva versus deducuntur in totum terrarum orbem. Mercatura Indiam Orientalem apperuit, novum orbem detexit, religionem Christianam propagavit. Negotiationibus & urbes singulæ & totæ regiones celeberrimæ redduntur, si-*
12 *mul ac potentissimæ.* Ingens enim eorum catalogus nullo possit confici negotio, qvi beneficio mercaturæ summos honores & divitias sunt consecuti. Qvid qvæso Antvverpiam præcipuum & celeberrimum qvondam Europæ emporium, uti autor est Emanuel von Meteren/ *Annal. Belgic. cap.* 12. ad tantum dignitatis fastigium

um perduxit, qvam mercatura? Qvid insuper Venetias, civitatem natura & situ nobilissimam opulentissimam, ad summum honoris & potentiæ & divitiarum culmen evexit, qvam mercatura? Et qvilibet fatebitur 13
pleraqve regna & Respublicas per commerciorum exercitium potentes, & toto terrarum orbe celeberrimas esse affectas. Qvod ipsum etiam Baldum JCtorum suæ ætatis facilè principem non latuit, qvi in *cons.* 14
148. *verb. factæ fuerunt, Massa mercatorum ait, summum bonum est, qvintumqve elementum.* Qvo cum 15
consentit Herman. Lath. qvi *Tract. de Censib. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 34. *seqq. Mundus*, inqvit, *sine mercatoribus vivere neqvit.* Hæc publica utilitas ratio & causa fuit, 16
cur a summis Principibus mercatores multis abhinc annis tot, tantisqve privilegiis fuerint exornati *l. si semper.* 5. §. 3. *negotiatores ff. de jure Immunit.* Hinc non solùm Reges Angliæ, Daniæ & Veciæ mercatores privilegiis bearunt, de qvibus Joh. Angel. a Werdenhagen *de Rebuspubl. Hanseat.* sed etiam populus Romanus sæpenumero mercatoribus injuriam inferre volentibus bella intulit Cic. *pro L. Manil.* Qvi anno- 17
nam Lutetiam deferunt, exemti sunt a vectigalium solutione lege Ludovici XI. Anno 1474, a Francisco I. repetita Anno 1532. Antwerpiensium privilegia mercatoribus indulta exhibet Herman. Lath. *de Cens. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 38. Qvia ergo commerciorum summa 18
est utilitas, eorum qvoqve cursus neutiqvam impediri debet, qvod omnino fieret, si mercatorum libris vis probandi non constaret vel adimeretur; Facilè enim virorum honestorum bonæqve existimationis fides labefactaretur, & multi mercatores cum Reipubl. detrimento a negotiis desisterent. Causa finalis *adæqvata* 19
duplex hic statui potest, una veritatis *indagatio*, altera

rigidæ probationis *evitatio*. Cum enim Reip. interſit
ut litibus finis imponatur, idqve citra earum evolu-
tionem veritatisqve indagationem fieri commodè non
poſſit, varia in jure inventa fuere media, qvorum ope
certitudo illarum obtineri, ac cuiq; ſuum tribui debeat.
20 Qvoniam verò vel arte probantis, vel citra eam veritas
oſtenditur, factum eſt inde, ut *in artificialem & inartifi-*
21 *cialem* diviſa ſit probatio. Et hæc qvidem ut ut variè
ſuſcipiatur, faciliori tamen viâ inſtitutui non poteſt,
qvam per inſtrumenta; Hiſce ſuo jure annumerandi
22 ſunt libri mercatorum: Qvia verò ſunt ſcriptura pri-
vata, ex rigore juris pro ſcribentibus mercatoribus nihil
23 fere probare poſſunt. Verùm rigore juris ſcripti non
attento, de conſvetudine, propter æqvitatem utilitatem-
qve publicam, uti jam fuit oſtenſum, vi probandi pol-
24 lent. Conſvetudo enim legi ſcriptæ derogare poteſt, &
ſicut lex poſterior derogat priori *§. penult. Inſt. de jur.
Nat. Gent. & Civ. l. 28. ff. de LL.* ita & conſvetudo, qvæ
25 legem imitatur *l. 32. ff. de LL.* Ex qvo videmus in
cauſis mercatorum ſummariè tantùm ſimpliciterqve
absqve apicibus juris ſolâ facti veritate inſpectâ eſſe
procedendum Strach. *Rubr. qvom. in cauſ. mercat. tit.
de Except. num.* 14. Zanger. *de Except. p.* 1. *cap.* 1. *num.*
26 60. Marant. *p.* 4. *diſt.* 9. *num.* 48. qvi curiam mercato-
rum in hoc, qvod procedatur de merâ æqvitate omis-
ſis ſolennitatibus æqviparari ait Curiæ Eccleſiaſticæ, ubi
proceditur de æqvitate canonica, qvod pateat ex eo,
dum vi hujus æqvitatis ex pacto nudo oritur actio, *Cap.*
27 *2. X. de pact.* ſimiliter qvoqve in curia mercatorum
agatur ex pacto nudo Bart. *in l.* 48. *mand.*
de qvibus infra pluribus.

CAP.

CAP. IX.
DE
EDITIONE.

SUMMARIA.

Editio semel est facienda, potest tamen ex justa causa iterari. num. 26.
Recensentur illæ causæ. num. 27.
Iteratam editionem exigens, debet juramentum calumniæ præstare. num. 28.
Edere jussus mercator si nolit parere, qvibus remediis possit cogi. num. 29.
Adducitur Ordinat. proc. Mercat. Lips. num. 30.
Actori, qvi edere detrectat, debet denegari audientia. n. 31.
Recensentur adhuc alia remedia remissivè. n. 32.
Editio librorum etiam peti potest ab eo, qvi desiit mercaturam exercere. n. 33.

1 PRæmissis illis, qvæ ad conficiendos libros Mercat. necessaria reqviruntur, videndum jam, cui bono confecti esse possint. Anteqvam verò progrediar ad effectus, adhuc de Editione & recognitione dicendum. Circa illam non incommodè; qv. utrum mercator libros suos, qvos ratione negotiatio-
2 nis confecit, edere cogatur? Negativa videtur statui, *ex l.* 1. *&* 4. *C. de Ed.* Juris enim communis sententia
3 est; Neminem adversario suo rationes, instrumenta & literaria documenta, qvibus actor contra ipsum reum utatur, edere teneri *l.* 1. *l. ult. C. de Ed. c.* 1. *X. de probat.* Menoch. 2. *arbitr. Ind. Qvæst. Cent.* 4. *Cas.* 499. *num.* 1. *& seqq.* Gail. *lib.* 1. *obs.* 106. *num.* 1. complures circa hunc artic. alios Dd. longo agmine congessit Gabriel de Parexa & Qvesada *in prax. sua. Edendi Tom.* 1.
4 *Tit.* 5. *Res.* 3. *num.* 21. Deinde valde inhumanum esse censetur, ut qvis sumat arma de domo adversarii *l.* 11. *C. de testib.* adeoqve actor ipsemet debet instructus venire *l.* 2. *C. de testib.* qvod etiam post Gl. *in Clement.* 1. *§. cæterùm de usur.* statuunt Baldus, *in l.* 1. *num.* 9. *C. de Edend.* ubi qvoqve Jason. *num.* 15. Dec. *num.* 18. Alciat. *num.* 14. *conf.* Menoch. *de A. J. Qv. lib.* 2. *Cent.* 5. *cas.* 499. *num.* 37. *&* 38. Pro qvâ opinione stabiliendâ utuntur

his

his fundamentis. Nimirum in *Clement.* 1. §. *cæterùm de* 5
usur. in personis usurariorum, & cum de usuris agitur,
esse dispositum, ut hi ob odium & delictum rationes
suas ac instrumenta edere teneantur, Rutger. Rul. *de*
Commissar. p. 2. *lib.* 5. *cap.* 19. *num.* 13. Menoch. *d. cas.*
499. *a num.* 21. *usqve ad* 37. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.*
63. *num.* 66. Ergo in aliis personis omnibus & cau- 6
sis, & conseqventer etiam in probis mercatoribus con-
trarium statutum esse, ut sc. edere non teneantur,
qvod fundamentum corroborari videtur exinde, qvod
mercatores regulam (uti dictum) habeant pro se gene-
ralem, reos non esse cogendos actoribus ad editionem,
qvæ extra usurariæ pravitatis causam firmat regulam
contrariam. Secundò adducunt textum in *l.* 1. *C. de Ed.* 7
ubi mulier qvædam negotiabatur, & aliqvod merca-
turæ genus exercebat, rationes illius occasione confi-
ciendo, & tamen ibi deciditur, qvod rationes suas ede-
re actori minimè cogatur, adeoqve nec hodie a merca-
toribus hoc flagitandum. Tertiò se se fundant *in l.* 10. 8
§. 1. *ff. de Ed.* ubi respondet Gajus, prætorem cogere
argentarios tantùm, & non absimiles edere. Dissimi-
les ergo non tenentur libros suarum rationum edere ad
fundandam autoris intentionem. Argentarii enim 9
publicam personam seu causam habebant h. e. eorum
persona a Republica eligebatur, eorumqve fides ap-
probatur, cum apud eos disponerentur pecuniæ qvasi
in loco publico, nempe in Aede Castoris, Plaut. *in curc.*
& aliqvando sine fœnore, ut lucrum inde caperent. vid.
Joh. Calvin. *in Lex. Jurid. verb. Argentarii.* Salmas. *de*
fœnor. Trapezit. p. 521. *seqq.* Raphael de Turri *de Camb.*
disp. 2. *qv.* 7. *num.* 25. Casp. Klock. *de Aerar. lib.* 2. *cap.*
21. & 22. Hæc autem cessant in mercatoribus nostri tem- 10
poris, qvi privatam causam & personam sustinent,

cum unusqvisqve pro ſuo lubitu mercaturam exercere poſſit, nec ad illorum fidem ut publicam recurra-
11 tur, Menoch. *d. l.* Rot. Rom. *p.* 3. *Dec.* 144. *num.* 5. Verùm enim verò, ſtante conſvetudine, ut libri ejusmodi probent, qvia mandato ejus, contra qvem probant, intelliguntur ſingulæ rationes confectæ, etiam de jure fieri debet editio, ut qvi illam petunt, allegent in libello tacitum mandatum. De conſvetudine ejusmodi
12 teſtatur Weſenbec. *de Ed. num.* 12. & ita Peruſii obtinere, fidem facit Marantha *p* 6. *ſi aut. prod. teſt. num.* 30. in Gallia, *Traicte des changes*, praxin qvoqve eſſe com-
13 munem aſſerunt Dd. qvos citat Marantha *d. l.* Circa modum edendi, ad majorem hujus materiæ intelligen-
14 tiam qvædam notanda veniunt. Nimirum, ut editio de toto libro, continente plures rationes a mercatore fiat, nulla urget neceſſitas, ſed ſufficit, ſi ratio tota, ſeu illa pagina ſolùm, in qva res controverſa continetur, exhibeatur, *l. argentarius* 10. §. 2. *ff. de Ed. cap. contingit* 5. X. *de fid. Inſtrum.* Stracha *de Mercat. p.* 2. *num.* 40. Brunnem. *ad l.* 10. §. 2. *ff. de Edend.* Gail. *lib.* 1. *obſ.* 106. *num.* 10. Berlich. *p.* 1. *Concluſ.* 43. *num.* 23. Marqvard. *de jure Mercat. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 36. Carpz. *p.* 1. *C.* 7.
15 *def.* 5. Hoc ipſum etiam cum æqvitate conjunctum, qvia nemo uti aliorum, ita inprimis mercatorum negotia atqve arcana ad ſe nihil pertinentia ſcire laboret, nemo enim aliena concupiſcere debet, *arg. l.* 4. *C. fin. regund.* qvi qve hæc appetierit, a ſuis cadere reditibus
16 meretur *l. ult. C. locat.* Et ita Lugduni obſervari teſtatur Lauterbach. *in Diſſert. de jure in Cur. mercat uſit. th.* 303. vid. Jacob Savoroy in dem vollkommenen Kauff- und Handelsmann Cap. 33. *verb.* Die Vorweiſung (nemlich der Handelsbücher) ſoll nicht anders / als daraus / was den Streit betrifft / zu extrahiren beſchehen und

und dieses ist billig/ weiln nicht recht/ daß man eines Kauffmanns Geschäffte/ welche der Partheyen Streitigkeiten nicht betreffen/ sehe. Qvod si verò qvis mercato- 17
rum libros suarum rationum propter urgentem causam, qvia forte in illis arcani qvid continetur, producere & parti adversæ manifestare nolit, an possit hoc judici secretò ad ejus informationem & instructionem ostendere? Aff. per *cap. accepimus 4. X. de fide Instrum.* Jas. *in l. 1. §. 2. ff. de Ed. num. 19.* Edi porro debent libri illi in 18
loco negotiationis. Itaqve si mercator illos ibi non habeat, injungendum ipsi, ut suo sumtu afferri jubeat, cum libri ibi conservandi sint, ubi exercetur mercatu- 19
ra, & mercator eo ipso, dum ad alium locum eos transportat, dicitur delinqvere. *l. 4. §. f. ff. de Ed.* Hinc mer- 20
cator non cogitur in alio loco edere, vel ad alium locum ad petentis instantiam libros suos transportare, nisi ad locum sui domicilii. Glossa qvidem & Alex. *all.* 21
ll. contrarium statuit, qvod sc. mercator, qvi Venetiis mercaturam exercuit, Anconæ ad editionem librorum compelli possit, non solùm sumtibus, sed etiam periculo petentis; Si verò liber non possit inde extrahi, vel esset periculum in transferendo seu in itinere faciendo, practica Bartoli esset servanda *in l. judices C. de fid. instrument.* sc. scribendum esse ad judicem loci, ut copiam, qvam dicunt authenticam illius scripturæ mittat, Stracha de *Assecurat. Gl.* 11. *num.* 57. Verùm rectius dicendum, mercatorem adstrin- 22
gi non posse, ut exhibeat in loco judicii libros mercaturæ alibi factæ, propter clarum textum *in l. 4. §. fin. ff. de Ed.* cujus verba ita sonant: *Qvod si in alio loco argentariam exercet, alibi autem ad editionem compelletur: minimè hoc facere cogitur; nisi descriptum velis, ubi de eâ re agitur, eum tibi dare, tuis videlicet sumptibus*, ubi Castrens. Rot. Gen. *dec. 98. n.* 4. Escobar. *de Ratiocin.*

cap. 10. *num* 24. Cardinal. Tusch. *lit. E. conclus.* 40. Nicol. de Genua *de scriptura priv. lib.* 4. *qv.* 25. *num.* 55.

23 Sed in eventum, si mercator non consentiat suo periculo & sumptibus propriis libros deferri, judex mittere debet ad locum rationum conscriptarum personas idoneas, qvi libros videant & ipsi referant, uti statuit Bart. *in all. l.* 4. *§. f. ff. de Ed.* Escobar. *d. l.* Vel etiam potest judex committere judici loci rei gestæ, ut libros inspiciat & rescribat secundum Fulgos. *ad d. §. fin.* ubi etiam Jason, qvem secutus fuit Magon. *Dec. Lucensi* 5. *num.* 14. & 15. Nicol. Genua de Passerib. *d. l.* qvo casu petens editionem descripto debet esse contentus, nec translationem Originalis urgere potest. conf. Mev. *p.* 6. *Dec.* 211. Socin. *Cons.* 149. *num.* 4. *lib.* 1. Decius *in cap.* 1. *num.* 65. *X. de probat.* Paul. de Castr. *in l. prætor. §. sed est nunc n.* 2. 3. 4. *ff. d. Ed.* Rutg. Ruland. *p.* 2. *de Commissar. lib.* 5.

24 *cap.* 24. *num.* 32, 33. Circa hanc rem hic Lipsiæ certus modus est præscriptus. Leipziger Handels-Gerichts-Ordnung §. XVIII. cujus rubrica von Edition der Brieflichen Uhrkunden/ so einer bey seinen Gegentheil suchet/ Nigrum vel inter alia ita sese habet: Trüge es sich auch zu/ daß die Edition eines Handelsbuchs/ so nicht zu Leipzig/ sondern an einem andern Orthe zu befinden/ und daß daselbst damit verfahren werden möchte/ erkant würde/ so soll zu Erspahrung der Unkosten / da gleich derer jenigen/ so die Edition gefordert/ oder darbey interessiret/ mehr wären/ in loco editionis nur ein mandatarius bestellet werden/ welches denn auch in dem Fall/ da jemand einen aus seinen Büchern genommenen Extract damit zu bestär-

25 cken/ also zu halten. Atqve ita secundum hujus dispositionis verba posteriora responderunt Dnn. Scabini Lipsienses in causa Michael von Santen zu Amsterdam contra J. U. und J. C. A. in judicio mercatorio Lipsiensi ventilata

tilata Mens. 1. Octob. Anno 1686. Auff Klage/ Antwort und erfolgte Gesetze in Sachen der Anwälde/Michael von Santen/ Klägern an einem/ J. W. und Consorten/Beklagten andern Theils/ Erkennen E. E. Hochweisen Raths der Stadt Leipzig Deputirte zum Handelsgerichte nach gehabten Rath der Rechtsgelehrten vor Recht. Dieweil Beklagter auff die erhobene Klage geantwortet/ und solcher nicht geständig/ so ist Kläger den Grund derselben in 3. Wochen/ Beklagtens Gegenbescheinigung vorbehältlich/ zu bescheinigen schuldig/ und wird demselben sich des Handelsbuchs/ daraus der fol. 3. befindliche Extract genommen/ darbey zu gebrauchen/ und solches zu Amsterdum zu produciren nachgelassen/ Er ist aber auch dem Gegentheil zu Bestellung des Anwaldes die benöthigte Unkosten zu reichen schuldig/ V. R. W. Editio hæc prædi- 26
ctorum librorum semel est facienda *l. 6. §. f. ff. de Ed.* Menoch. *de A. J. Q. Lib. 2. Cent. 3. cas. 109. num.* 37. Mev. *Cons. 9. num.* 101. Nihil verò prohibet, qvo minus, si justæ subsint causæ, iterari possit. Wesenbec. *eod. tit.* Tales causæ recensentur. *l. 7. eod.* Qvarum prima est, si 27
qvis probet editam antea copiam seu exemplum se non habere in promtu. Secunda, si non perfectè sibi editas rationes qvis probet, & aliqvid desit: Edere enim imperfectè, & non edere, paria esse, ex *l. 8. ff. h. t.* tradit Barbos. *in axiomat.* Tertia, si qvis probet casu, non negligentia suâ se perdidisse descriptum exemplum. Brunnem. ad *l. 7. ff. de Ed.* Hæc verò tum demum ob- 28
tinent, si iteratam editionem exigens juraverit, se non calumniæ causa postulare, neqve habere qvæ dispunxerit, Paul. de Castr. *in l. 1. pr. C. de Error. Calc.* Mev. *Cons. 307. num. 9.* Qvod si vero edere jussus mercator nolit 29
parere, editionemqve recuset, tunc contra ejusmodi contumacem decernuntur mandata compulsorialia sine

clausula justificatoria Gail. *lib.* 1. *obs.* 106. *n.* 3. *seqq.* & *obs.* 134. *num.* 11. Rutger. Ruland. *de Commissar. p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 17. *num.* 12. Et si qvis in contumacia persistit, compulsoriales arctiores decernuntur, vel etiam captis pignoribus ad id compelli potest, Wesenbec. *ad ff. tit. de Ed. num.* 4. vel si reus est, qvi edere nolit, potest pronunciari, qvod scripturæ petitæ pro editis & recognitis habeantur. Fulv. Pacian. *Tract. de probat. lib.* 1. *cap.* 66. *num.* 174. & *seqq.* Berlich. *d. Conclus.* 45. *num.* 91. In judicio mercat. Lipsiensi primâ statim sententia
30 editio sub pœna editi injungitur, Ordinat. Process. mercat. Lips. Leipziger Handels-Gerichts Ordnung. §. 18. cujus verba ita sonant: Wann ein Part anzeiget/ auch bescheiniget/ daß bey seinem Gegentheil Briefflichè Uhrkunden verhanden/ und begehret die zu ediren/ der andere aber sich dessen verweigert/ so soll in denen Fällen/ da sonsten nach gemeinen Rechten die Edition gefodert werden kan/ alsobald in der ersten Sentenz darauff/ und zwar nach Gelegenheit der Umbstände/ sub pœna Editi,
31 oder bey einer gewissen Straffe erkant werden; Qvod si verò actor sit, qvi edere detrectat, ei audientia debet
32 denegari, Wesenbec. *d. num.* 14. Præter hæc alia adhuc sunt remedia, qvibus qvis ad edendum compelli potest, qvæ videri possunt apud Berl. *d. Conclus. num.* 93. Ilic. Umm. *disp.* 17. *num.* 41. Harprecht. *d.* 13. *proc.*
bant, qvoad visitationem tantùm, videlicet personarum, sacramentorum & aliorum, pertinentium ad officium visitantis & non qvoad alia Petr. Æmil. Verall. *Dec.* 158. *p.* 2. *ubi Anno* 1551. die 14. Decembr. ita judicatum fuisse refert. Sic etiam libris publicis non credi, nisi de his, 18
qvæ spectant ad officium eorum scribentium, egregiè respondet Socin. *Cons.* 268. *n.* 2. Alex. *Cons.* 68. *num.* 3. Ad- 19
eoqve mercatorum artiumqve mechanicarum præpositis sive prioribus, ex statuto vel privilegio potestatem inter mercatores & artifices cognoscendi judicandiqve concessam, ultra negotia mercantilia & causas artificium ipsum concernentia non extendi, docet Græv. *Conclus.* 20. *consid.* 1. *n.* 1. Latius de hâc materiâ Rol. à Valle *Cons.* 92. *num.* 8. *usq; ad* 14. Pacian. *d. Cap.* 63.

Eo verò magis statutum valere potest, si ad minu- 20
tam qvandam summam restringatur. Licet verò minuta summa *in l.* 9. *in f.* & *seq. ff. de dol. mal.* ad duos lau- 21
reos se extendat: Melius tamen fuerit, arbitrio judicis

hoc

hoc relinqvere, in primis, cum leve & grave dicatur secundum qvalitatem personarum Dd. *in l. sed et si susceperit §. si libertus, ff. de judic.* nisi statuta ad certam summam
22 mam se restringant, uti in statu Ecclesiastico ad summam ducatorum 20. per bullam Pauli III. & Pii IV. ad ducatos 30. Nicol. de Passerib. *l. de script. priv. lib. 4. qv. 22. in f.* Mediolan. ad Imperiales 22. stat. Mediolan. *cap. 360.* Lubecæ ad marcas 30. i.e. thaleros 15. pro æstimatione veteri, statut. Lubec. *lib. 5. tit. 6. art. 4.* ita ut nec juramentum suppletorium hoc casu deferatur. Hamburgi, daß die Schuld nicht übermässig/ *p. 1. art. 6. tit. 30.* Patavii ad
23 summam 10. librarum. Positâ autem in statuto certa summâ, ad qvam usqve probent, plures minutæ summæ coacervari non debent, ad probationem hanc excludendam Marant. *p. 4. ut judic. Mercat. n. 79.*

24 Stante itaqve hâc consvetudine, libri mercatorum non solum plenè probant in loco, ubi viget consvetudo, sed etiam extra territorium, i. e. liber rationis ipsius mercatoris sic à statuto roboratus ubiqve probat, licet in judicio, in qvo producitur, non adsit tale statutum, e. g. Qvidam mercator Norimbergensis, qvi codicem suarum rationum scripsit Norimbergæ, ubi prædicta consvetudo viget ac observatur, producit illum suum codicem in alio loco, puta Lipsiæ, ubi forte cum alio litigat, in qvo loco consvetudo illa minimè viget vel est in usu: Qv. An etiam vigore consvetudinis illius loci, ubi scriptus est codex ipsarum rationum, probet in illo loco, ubi litigatur ac producitur? Respondet Joach. à Beust. *Tract. de jurej. num. 1021. seqq.* qvod sic, uti etiam statuunt Bald. *f. c. 2. X. de fid. Instrum. & ad l. 7. C. de probat.* Specul. *lib. 2. p. 2. de Instrum. Edit. num. 8.* Mascard. *de probat. Conclus. 1050. Vol. 2. num. 22.* Vivius *opin. 806. n. 2. num. 30.* Mev. *ad Jus Lubec. lib. 5. tit. 6. art. 4. num. 5.* Marqvard.

Marqvard. *de jure Mercator. lib. 3. cap. 9. num. 24.* Ratio, qvia extraneus contrahens cum mercatore in loco, in qvo mercatoris fides eſt tacitè à populo approbata, & ubi mercaturam exercet, tenetur ſtare ejus libro, ſive agatur ibi, ſive agatur in alio foro, in qvo non extat talis conſvetudo. Hinc juxta Joh. Andr. *in addit. ad ſpeculat. tit. de inſtrument. Edit. §. nunc dicendum,* & Jaſon. *in l. admonendi num.* 116. ſtandum eſt conſvetudini illius loci, & inſtrumentis eo loco factis, qvamvis alibi agatur, vel producantur. Ex qvo Stracha *Tract. de mercat. tit. quomod. in cauſ. mercat. proced. num.* 43. concludit, qvod, ſtante ſtatuto civitatis, qvod adhibeatur fides libris mercatoris, illis ſit adhibenda in qvocunqve foro ac loco, conf. Cravett. *Tract. de antiq. remp. rubr. quart. limit. num. 5. & ſeqq.* Nam circa ſcripturæ fi- 26
dem inſpicitur locus, ubi celebrata eſt, ubicunqve poſtmodum producatur Beuſt. *all. l.* Hinc contractus, in qvo fuit ſervata ſolennitas loci obligat eum, qvi in illo loco contraxit Gail. *lib. 2. Obſ.* 123. *num. 2. & 3;* Et actus 27
ſolennes ſortiuntur eſſentiam ſecundam leges regionis, in qvâ celebrantur, Burgund. *ad Conſvetud. Fland. Tract.* 28
1. de ſtatut. utrum egred. territ. num. 22. Sed in negotiatione contrahenda cum mercatore non reqviritur alia ſolennitas, niſi qvod liber ſit confectus more mercantili, & ſecundum conſvetudinem illius loci, & qvod illa negotiatio ſit libro mercatoris inſcripta. Eccui, juris aliàs 29
non ignaro, ignotum eſſe poteſt: In deciſoriis attendi debere locum contractus, & non locum judicii ſeu fori? uti videre eſt apud Bart. *in l. conſvetudinis num. 39.* Bald. *in l. 1. num. 12. C. qvæ ſit long. Conſvet.* Alber. de Roſat. *Tract. de ſtatut. p. 1. qv. 31. n. 2. fol. 7. & p. 2. qv. 8. num 2. in n. fol. 31.* Paul. de Caſtro *Conſ.* 320. Vant. Tract. *de Nullit. rubr. de Nullit. ex defect. proc. num. 56.* Sed probatio

respicit decisionem causæ Aug. Beron. *qv.* 50. *num.* 1. qvem seqvitur Mascard. *de probat. qv.* 1. *num.* 12. *in f.*
30 Unde sicut appellare licet à definitiva, ita etiam licet appellare à non admissione probationum seu articulorum teste Maranth. *in spec. p.* 6. *num.* 44. Et ideo rectè statuit Bald. *in l. num.* 13. *in fin. C. qvæ sit* 31. *long. confect.* qvod in modo probandi attendatur locus contractus, ex qvo in probatione stat realitas substantiæ negotii conf. Si-
31 gism. Scacc. *de judic. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 243. Neqve hic obstat illud, qvod ubi cessat jurisdictio statuentium, ibi & cessare debeat statuti dispositio, & juxta vulgatum, extra territorium jus dicens, nihil agit *l. ult. ff. de jurisd.*

Nego enim eos, qvi circa actus alicujus solennitatem aliqvid statuunt, observandum in territorio suo, etiamsi ille actus ita celebratus, alibi qvoqve valere debeat, dici posse, propterea jus dixisse aut statuisse extra territorium. Contractus enim, uti dictum, & cæteri actus celebrati in loco statuti, secundum formam à statuentibus præscriptam, ubiqve vim habere constat: Nemo tamen est, qvi ex eo colligere potest, tale statutum egredi jurisdictionem statuentium: qvia qvod alibi qvoqve hujusmodi actus valeant, non nisi ex conseqventiâ qvadam fit, non autem directò vi ipsius statuti, qvod tantum disponit de eo qvod ad jurisdictionem statuentium perti-
32 net conf. Struv. *in Synt. Jur. Civ. Ex.* 32. *th.* 15. Qvia itaq; hujusmodi libri propter statutum etiam alibi probant, & vim habent publici instrumēti, mercator respectu creditorum posteriorum, maxime si etiam statutum tribuat hypothecam, probationis jus conseqvitur Gratian. Discept. *Forens. Cap.* 171. *num.* 3. Surd. *Dec.* 312. *num.* 3. ibiqve Joh. Bapt. Hodierna *in addit. num.* 3.

33 Hoc ipsum tamen de plenariâ fide à statutò libris mercat. concessâ intelligendum, si liber ipse rationum

sit

ſit conſcriptus in territorio ipſorum ſtatuentium & non alibi, unde juxta Nicol. de Paſſerib. *de ſcript. priv. lib. 4. qv. 21. num. 22.* Si Patavinus Romæ commorans in libro ſuo annotaret, ſe ſolviſſe centum, qvæ pauló Thomaſino Patavino pariter debebat, ſeu ſolvere tenebatur, tunc virtute prædicti libri rationum conſcripti extra territorium Patavinũ nõ probaretur ſolutio conf. Maſcard. *de probat. Concluſ. 975. n. 17.* Vivius *Opin. 806. in f.* Atq; hæc vis probandi ex conſvetudine non ſolùm ineſt libris illorum mercatorum, qvi actu mercaturam exercent, ſed etiam qvi deſierunt, dum̃odo ſint ſcripti tempore, qvo illa excolebatur *arg. l. 4. §. 4. ff. de Ed.* Strach. *de Mercat. tit. qvom; in cauſ. mercat. proc. n. 34.* Maſcard. *all. l.* Mev. *ad Jus Lubec. lib 5. tit. 6. art. 4. num. 14.*
34
35

36 Neqve hoc ſilentio prætereundum eſt, nihil impedire, qvo minus hi libri contra Clericos probent, atqve ita ſtatuit Chaſſan. *ad Conſvet. Burgund.* Ita Mediolani practicari teſtatur Mar. Antonius *lib. 2. Reſolut. 6. num. 25.* Ita in Gallia coram conſulibus mercatorum etiam clericos conveniri ex causâ mercaturæ teſtatur *traite de juges conſ. de March. cap. 2.* Franciſc. Nig. Cyr. *Controv. forenſ. fol. 177.* Qvicqvid in contrarium aſſerat Nicol. de Paſſer. *de ſcript. priv. lib. 4. qv. 1.*

37 Ut verò effectum ſuum ſortiatur hæc conſvetudo, neceſſe eſt ut legitimè probetur, uti in terminis docet Turret. *Conſ. 47. num. 7.* ubi etiam qvaliter ipſa probari debeat, eleganter ſubnectit. conf. Brun. *Conſ. 46. num. 5.* Pacian. *d. Cap. 63. n. 39.*

38 An verò liber mercatoris contra eum plenè faciat fidem qv.? Aff. Bald. in *l. 1. C. de Ed. & ibi* Dec. Fr. de Aretin. *Conſ. 44. num. 1.* Joh. Köppen, *Dec. 46. num. 57.* Maſcard. *Concluſ. 975.* Rutg. Ruland. *de Commiſſ. p. 2. lib. 5. cap. 14. num. 1.* v. g. Si mercator in libro rationum ſcri-

pſiſſet, pecuniam pro parte forſan ab emtore ſolutam fuiſſe, eiqve reus innitatur & ſolutionem per librum mercatoris probare velit, licitum hoc ipſi erit, nec neceſſe habebit juramento ſuo librum illum confirmare.
39 Mercatoris ſiqvidem confeſſio in libro ſuarum rationum probat plenè contra ipſum mercatorem, etiamſi abſente debitore facta ſit, etiam poſt mortem mercato-
40 ris Hippol. *ſing*. 457. *n*. 2. Andr. Gail. *l*. 2. *obſ*. 20. *n*. 10. Ampliatur hoc ut habeat locum, etiamſi ipſemet mercator ſcripturas, qvæ in ſuo rationum libro reperirentur, manu ſuâ, vel ſuâ voluntate eſſe conſcriptas, iret inficias, adhuc enim ex eodem libro contra eum oreretur probatio,
41 Maſcard. *d. Concluſ. num*. 5. Qvicqvid enim in ejusmodi libro apud illum exiſtente reperitur ſcriptum, ejus conſenſu & voluntate ſcriptum præſumitur, niſi de contraria doceatur ac probetur Bald. *in rubr. C. de Fid. inſtrument.* Alex. *in Conſ*. 147. *Vol*. 2. *& Conſ*. 245. Dec. *in l. fin.*
42 *C. de Ed. Div. Hadr. toll.* Qvod etiam procedit, licet hic liber alterius manu ſit ſcriptus, qvia ex qvo mercator eodem utitur, fidem contra ipſum facit plenam, nec eſt differentia, an ſcriptus manu propria, an per inſtitorem de ejus mandato Anton. de Butr. & Abbas *in c. 2. R. de Fid. Inſtrument.* Ripa *in l. admonendi ff. de jurejur. n*. 119.
43 Imo, licet aliqvis defectus circa librum occurrat, ſeu aliqvo ex reqviſitis ille careat, nihilominus probatio contra ipſum mercatorem inducitur. v. g. licet liber non contineat debitam formam libri, puta data & accepta, & ita non probet pro ſcribente, probat tamen contra ſcribentem, Jaſon. *in l. admonendi num*. 111. *ff. de jurejur.* Strach. *de mercat. p*. 2. *num*. 61. In qvantum enim ſcriptura conficitur contra ſcribentem, non eſt qværendum de ſolennitate, ſed in qvantum conficitur contra mandantem, vel contra tertium & ita pro ſcribente,

ubi

ubi debitis solennitatibus debet esse instructus, Joh. Andr. *in addit. ad speculat. tit. de Instrum. Edit. §. nunc dicendum restat;* Cum hoc casu ex culpâ sua commodum non debeat reportare mercator, Scacc. *de Judic. lib. 2. Cap. 11. num. 291.* Porro, si mercatores sunt socii, tum 44
libri illorum inter ipsos plenè probant, tàm pro scribente, qvam contra eum, propter *l. inter chartulas fin. C. de Conven. fisc. debit. L. 1. ff. de duob. reis* Alex. *Cons. 181. num. 1. lib. 2.* Hect. Felic. *de societ. cap. 38. num. 15.* Ratio, qvia eorum personæ inter eos adeo approbatæ sunt, ut unus 45
non valeat factum alterius improbare Schwarzenthäler *de stipulat. pag. 873. num. 84. 85.* Hect. Felic. *d. Cap. 38. num. 19.* Munoz de Escobar. *de Ratiocin. administ. cap. 12.* Qvod non solùm procedit in parvis, sed etiam in magnis 46
summis. Cravett. *de antiqvit. temp. vers. 4. n. 61.* Joseph. Ludov. *Conclus. 21. pag. 73.* Scacc. *de Judic. lib. 2. Cap. 11. num. 182.* Nam inter socios agitur de æqvo & bono, & 47
solâ facti veritate inspectâ Dec. *Cons. 97. lib. 2.* Amplia- 48
tur hæc assertio ut procedat non tantùm si libri ab omnibus sociis, sed etiam si ab unô ex illis sint conscripti, qvi tamen scribere consvevit, hoc enim casu, qvoniam scriptus præsumitur consensu aliorum, plenè etiam inter eosdem probabit, & præsumitur hic mandatum ab aliis sociis, qvi scientes passi sunt illum scribere. Mandatum 49
enim præsumitur ex patientiâ & scientiâ Menoch. *lib. 2. præsumt. 15. num. 10.* De mandato etiam tali constat, si 50
socio sit permissa administratio, qvia permissâ ei administratione, censetur ei mandatum ut librum conficiat, cum de administratis teneatur rationem reddere, & ratio sine libri confectione, non benè reddi possit Felic. *d. cap. 38. num 79.* Limitatur verò hæc sententia ut non 51
procedat, si liber societatis non continet verisimilia, Felic. *d. Cap. 38. num. 32.* Petr. Sanz. *de divis. bon. lib. 3. cap. 9. n. 6.*

52 item si tantum complectitur data per scribentem socium, & non accepta ab eo, atq; ita non est liber rationum in forma dati & accepti, Menoch. *de A.J.Qv.conf.92. n.6.*
53 Unde liber rationum malè confectus, probat solumodo
54 contra scribentem, non autem pro scribente. Hic enim socius, qvi vult juvari contra suum consocium libro illo, debet etiam pati incommodum ejus, qvod ab eo suscepit ratione connexitatis rationum Mascard. *de probat Conclus.975. num.86.* Schwarzenthäler *de stipulat. pag.874.* Petr. Sanz *d. Cap.9. num.7. inf.*

55 Nec etiam procedit, si liber societatis alterius manu, quam manu unius sociorum scriptus est, etiamsi is qvi scripsit ab altero sociorum adhibitus fuisset ad scribendum, altero tamen non mandante Alex. *Conf. 186. num. 2.* Bald. *Conf.* 278. Menoch. *d. cas. num. 7.* &
56 Schwarzenthaler, *d. l. num. 89.* Ratio, qvia ut scripturæ hujus socii fides adhibeatur, constare debet esse scripturam ab eo confectam juxta reg. *l. 24. ff. de milit. testam.* Et dum manu alterius, qvam socii scribitur, alter socius non dicitur illi consensisse, atqve ita ejus personam approbasse. Qvapropter illius scriptura ei nocere non debet, qvanqvam prodesse possit Jason in *l. admonendi 31. ff. de jurejur. num.* 110. Paris. *Conf.47. num.*4. Rot. Gen.
57 *Dec.31. num.7.* Fallit tamen hæc limitatio, qvando liber fuit conscriptus ab institore, ab omnibus sociis approbato, & illi muneri expresse adhibito: adeoqve cum ejus persona ab omnibus sit probata, integram fidem facit tam pro socio, qvam contra socium Mascard. *de probat. Conclus. 480. n. 48.* Menoch. *d. cas. 92. num. 9.* Munoz. *de Escobard. de Ratiocin. admin. cap. 12. num. 4.*

58 Ex qvibus facilè colligere licet, qvod socius teneatur alteri socio exhibere libros ipsius societatis *l.9. ubi* Bart. Bald. Angel. *ff. de Ed.* Non. *Conf. 93. num.* 1. Petr.

Sanz.

Sanz. *de Divis. bonor. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 2. Hect. Felic. *in Tract. de societ. cap.* 38. *num.* 11. Et si non exhibeat re- 59
qvisitus, postea in causâ succumbit Fab. Turret. *Conf.* 2. *num.* 16. Libros enim non exhibens, qvos tenetur, præ- 60
sumitur malam ac injustam fovere causam Menoch. *lib.* 2. *præsumt.* 91. Imo contra eum postea super executione in litem jurari potest Turret. *Conf.* 3. *num.* 21. P. Bimius *Conf.* 50. *n.* 112. *vol.* 1.

An verò liber mercatoris pro tertio & contra ter- 61
tium probet, & qvomodo, maximopere se torqvent Dd. ut videre est apud Mascard. *de probat. Conclus.* 977. & ante eum penes Felin in *Cap.* 2. *num.* 32. *& Fid. Instrum.* Conf. Joh. Cephal. *Conf.* 274. *num.* 48. Hieron. Magon. *Decis. Luc.* 5. *inf.* Joh. Köppen. *Dec.* 46. *num* 58. Nicol à Passer. *de script. priv. lib.* 4. *qv.* 25. Aym. Cravett. *part.* 1. *de antiqvit. temp. num.* 29. ubi alii semiplenam, alii verò plenam tribuunt ipsi probandi facultatem. Omissa opi- 62
nionum controversiâ, duo prænotari debent modi, ex qvibus controverti poterit de probatione libri mercatoris contra tertium. Primus modus est, qvando liber 63
mercatoris continet aliqvid scriptum, qvod non est pro scribente nec contra scribentem, v.g. duo volunt ire ad Notarium, sed vadunt ad mercatorem, ut de eorum communi consensu scribat in suo libro, qvod N. præsens solvit M. præsenti suo hospiti centum, ut ex Bart & Jason. *ad l. admonendi.* 31 *ff. de jurejur.* deducit Cravett. *de antiqv. tem. vers. vidimus num.* 29. & hoc casu nec plena, nec semiplena fides ex eo libro promanabit. Nam cum illa 64
scriptura non respiciat negotiationem mercatoris & conseqventer non spectet ad mercaturam, cessat in eo qvalitas, qvæ dat vim probandi ipsis libris mercatorum, uti supra fuit dictum, ideoqve hic liber præsenti casu consideratur ut scriptura privata unius, qvæ per se non

facit

facit semiplenam probationem: qvia si vox viva unius non jurati non probat semiplenè, ergo nec vox mortua
65 ejusdem. Qvanqvam hic non esset absurdum, si statuerem ejusmodi librum aliqvalem præsumtionem facere ad favorem illum proferentis, Nicol. de Passerib. *de script. priv. lib. 4. qv. 24. num. 14.*
66 Hoc tamen cum qvibusdam Dd. asserere nolo, exinde etiam semiplenam deduci probationem, usqve adeo, ut, qvæ istius probationis seqvela est, actori & talem librum pro se alleganti suppletorium juramentum deferri de-
67 beat. Verum qvidem est, testi omni exceptione majori hoc tribui, ut pro producente semiplenam faciat probationem, sed hoc, si corporale præstiterit juramentum: jurisjurandi enim religione testes priusqvam perhibeant testimonium, arctandos esse, præcipit *l. testes* 9. *C. de*
68 *testib.* qvamvis essent idonei & summæ atqve integræ opinionis *l.* 18. *C. eod.* siqvidem injurato testi non creditur Bald. in *l. 8. C. de Episc. & Cler.* Angel. *in l. milites*
69 *num. 2. C. de testam. milit.* Adeò, ut pontifex Maximus dispensare non possit, ut testi non jurato credatur secundum Felin. *in C. 19. de Rescript.* Etiamsi testis esset Clericus, sanctæ vitæ, sacerdos, Cardinalis, vel in aliâ dignitate positus Farinac. *de testib. lib. 3. tit. 8. qv. 74. num. 66. seqq.* in tantum, ut nullam faciat fidem, *cap. 17. 29. & 30.*
70 *de Testib.* Gail. *lib. 1. obs.* 101. *num.* 1. Imo, dictum testis absqve culpâ producentis injurati nudam tantum facit præsumtionem, aut aliqvod indicium Mascard. *in proœm. de probat. qv. 5. num. 84.* Menoch. *de arb. jud. qv.*
71 *n. 26.* Grev. *lib. 1. pract. Conclus.* 101. *n. 3.* Cum ergo hoc in testibus ubiqve receptum sit, & extra controversiam, non appareat, qvibus juribus, aut qvo argumento evinci qveat, libro, absentibus partibus confecto, majorem esse tribuendam autoritatem, qvam testi, suam scientiam in

judi-

judicio, omiſſa tamen jurisjurandi religione, præſentibus partibus aperienti, nuſpiam hoc in jure cautum reperiri, ac proinde absqve juris fundamento ſtatui, certum eſt. Conf. Trentacinqv. *varr. Reſolut. lib. 2. tit. de probat. reſol. 7. num. 7.* Fachin. *Controv. lib. 11. Cap. 34.*

Qvod ſi verò liber rationum confectus eſſet ex ne- 72
ceſſitate officii publicè injuncti, puta per gabellarum collectarum, tributorum, aliorumqve redituum publicorum receptorem, qvi ſc. abinitio juravit artem ſuam exercere legaliter, aliter eſſet dicendum, de qva materiâ vid. Nicol. à Paſſer. *de ſcript. priv. lib. 4. qv. 15.* Trentacinq. *all. reſol. 7. n. 31.* Maſcard. *de probat. Concluſ. 975. n. 34.*

Seqvitur alter modus, qvando in ipſo mercatoris li- 73
bro reperitur aliqvid ſcriptum, qvod eſt actum principaliter inter ipſum mercatorem & negotiatorem cum eo, ex qva negotiatione ſcripta oriatur aliqvod intereſſe alicujus tertii, de qvo Scacc. *de judic. lib. 2. cap. 11. num. 118. & 125.* Et hic tres caſus benè ſunt diſtingvendi. Pri- 74
mus eſt, qvando tertius, contra qvem producitur ipſe mercatoris liber, fuit abſens; Secundus, qvando fuit præſens. Tertius, qvando eſt controverſia, qvia in libro eſt ſcriptum, qvod fuit præſens, & ipſe negat, ſe fuiſſe præſentem. In primo caſu, qvando fuit abſens, liber 75
mercatoris nec plenè, nec ſemiplenè probat contra tertium illum abſentem, ratio, qvia res inter alios acta, aliis non præjudicat *tot. tit. C. res inter alios acta vel jud. l. 63. ff. de re judic.* Menoch. *de arbitr. jud. qv. caſ. 91. num. 25.* Eſcobard. *de Ratiocin. cap. 11. num. 28. & 29.* Limitatur 76
verò hoc in connexis aut dependentibus, ſi ſc. factum litigantium ſit implicitum & Connexum cum facto tertii Gait. *de reb. Credit. Cap. 2. tit. 3. art. 4. num. 734.*

In caſu ſecundo, qvando tertius fuit præſens, liber 77
mercatoris plenè contra tertium probat, qvando ſc. liber

Aa con-

continet reqvisita supra relata. Sed dubium hic oriri
78 posset, num tertius ille præsens sed tacens, dum conficeretur illa scriptura, dicatur eidem consensisse? Et dist. aut illa scriptura facta ad ipsius favorem, & eo casu tacen-
79 do censetur consensisse, qvia sola taciturnitas in sciente & præsente in re concupiscibili inducit consensum juxta illud: Qvis nisi mentis inops, oblatum respuit aurum. Jacob. Menoch. *lib. 3. præs. 42.* Innocent. *in c. in genesi num. 5. de Elect.* qvem seqvitur Jason *in l. qvæ dotis num. 70. cas. 2. ff. solut. matrim.* facit & huc *cap. qvi tacet de Reg.*
80 *jur. in 6.* v. g. qvi præsens & tacens alium pro se fidejubere patitur, tenetur mandati actione ex tacito consensu *l. 6. C. mand.* Filiæfamilias, qvam etiam in sponsalibus consentire oportet, taciturnitatem interpretamur pro consensu *l. 11. ff. de sponsal. c. qvi tacet de Reg. jur. in 6.* ubi
81 Peck. Cujac. *6. obs. ult.* Aut verò scriptura tendit in ipsius præjudicium, & tunc aliàs silentium habetur pro dissensu, sed hic similiter censetur consensisse, eo, qvod
82 tacens potuerit impedire scribentem, & non impedivit Dyn. & alii in *d. reg. qvi tacet* & latè Jason *in d. l. qvæ*
83 *dotis solut. matr. n. 76.* Et dum tertius propterea præsens est, ut de illa ipsa re agatur, ac intervenit ad illum actum, cui poterat consentire vel contradicere, ideo, si non contradixit, videtur consentire Jason. *d. l. num. 87.*
84 Hinc si exemtus patiatur se describi in libro æstimi, seu debentium solvere collectas, & non appellet intra decem dies, sibi præjudicat, & perdit privilegium exemtionis,
85 *arg. l. 1. §. 2. ff. qvand. appell.* Taciturnitas legentis literas sibi exhibitas, qvibus debitor esse memoratur, eum obligat, si contrariæ voluntatis testationem non interponat continuò *l. 4. §. ult. ff. de fidejuss. tut. l. 1. §. 3. ff. de*
86 *Tribut. act.* Ampliatur dicta assertio, ut habeat locum, etiamsi iste tertius esset mortuus, qvia tunc, etsi de præ-

sentia

ſentia ipſius non conſtaret aliter, qvam per ſcripturam libri, tamen crederetur ipſi libro Scacc. *de judic. lib. 2. cap. 11. num. 230.* Ampliatur ſecundò, ut procedat, etiamſi iſte tertius eſſet unicus & opponeret, rem non fuiſſe geſtam, ſicut reperitur ſcripta, ſi enim conſtaret ipſo præſente rem eſſe geſtam, in reliqvis ſtaretur in dubio ſcripturæ Scacc. *d. l. num. 231.*

Tertius caſus, qvando tertius negat ſe fuiſſe præ- 88
ſentem, conſideratur vel ſecundum jus commune, vel conſvetudinarium. Jure communi liber mercatoris probat ſemiplenè tantum, & forſan etiam minus, ratio eſt: qvia ſtante hujusmodi omnimodâ negatione negotiationis, liber ille parum meretur fidei, hæc enim libro mercatoris ideo de jure præſtatur, qvia hi qvi cum mercatore negotiantur, de re ſpectante ad negotiationem mercaturæ, videntur mandare ei ut conficiat & teneat rationes communes, ergo non probato ſuppoſito negotiationis, ceſſat tacitum mandatum de conficiendis rationibus ipſius negotiationis Cravett. *de antiq. temp. verſ. vidimus. num. 29.* Maſcard. *de probat. Concluſ.* 977. Sed poſſet hic dici, negotiationem ipſam ſatis probari ex ipsâ ſcripturâ mercatoris. Reſp. qvod ſic ſcriptura probaret id, qvod eſt cauſa, ut ipſa probet, qvod eſt impoſſibile, qvia ſeqveretur, qvod poſteriora producerent priora, ſeu effectus producerent cauſam Scacc. *d. l. num.* 237. 89

Si inſpiciamus conſvetudinem, qva libris mercatorum plena tribuitur fides, omnino aſſerendum, qvod & hoc caſu plenè probent, dummodo agatur de re pertinente ad mercaturam, & conſideratâ qvalitate perſonarum ac negotii, qvia ſic mercatorum fides tacito populi conſenſu videtur approbata, & ratio hujus taciti conſenſus eſt triplex, prima, qvia non eſt præſumendum, qvod mercator velit ſcribere falſum in ſuo libro, tum enim ut 90

[...]farius puniretur. Secunda, qvia ex unâ partita falsa totus interdum liber redditur suspectus de fal-
92 so. Tertia, qui nimis onerosum esset ipsi mercatori comparare probationes. De singulis negotiationibus, præsertim minimis Scacc. *de judic. dict. cap.* 11. *num.* 238. *seqq.* Ratione itaqve casus primi, (cujus
93 usus est freqventior) qvando scilicet tertius, contra qvem producitur liber mercatoris, fuit absens, qv. Si mercator famulo alicujus merces credat, ob prætensum mandatum domini, an obligetur Dominus, & libro mercatoris hoc casu habenda fides & an locus sit juramento suppletorio?

Facti speciem cum annexis tribus qvæstionibus talem proponit B.Bruñeman in *Consilio suo* 85. qvam etiam
94 decidit, e.g. Es haben die Weilersche Erben/die von Borcken/als Fr. Catharinen von Winterfeld Erben/wegen etlicher Kram-Waaren/so auf dero Befehl theils der Schneider Hans Paul Wolff/ theils ihr Diener Martin Leonhard/laut des Handels-Buchs/soll geborget haben / belanget; Nachdem aber die Beklagte vorgeschützet / daß sie von der Schuld/auch von den empfangenen Waaren nichts wüsten/aus dem Handels-Buche auch nicht könte mandatum bewiesen werden; derhalben durch einen Abschied bey dem hochpreisl. Churfürstl. Brandenb. Hof-Gericht zu Colberg die Post zwar denen Weilerschen Erben zuerkañt/ aber doch der Beweis aufgebürdet worden/daß der Schneider Hans Paul Wolff/ auf Catharinen von Winterfelds Geheiß und Befehl/ die specificirte Waaren aufgenom̃en/ dawider die Weilerschen Erben restitution in integrum gesuchet/ und wird erstlich gefraget / ob die gravamina restitutionis erheblich / und die Weilerschen Erben von dem Beweise zu absolviren. Zum andern/ ob die Weilerschen

Erben durch des Hans Paul Wolffen schriftlich Zeugniß und der gerichte Bericht so viel erwiesen / daß sie zu dem juramento suppletorio credulitatis zu verstatten. Daferne es bey denen Waaren / die der Schneider selber ausgenommen/bleiben solte / ob denn nicht diejenige Waaren/so laut des Handels-Buchs M. Leonhard der Frau von Winterfeld Diener selber ausgenommen/ licet mandatum non probetur, von denen Beklagten zu bezahlen seyn? Was nun die erste Frage betrifft / so haben zwar die Gravamina 95
einen sonderbaren Schein/zumalen die Dd. an vielen Orten bezeugen / qvod libri mercatorum semiplenam faciant probationem, welches ohne Noth zu wiederholen/ ꝛc. Ja/ es er scheinet auch aus der Ordnung der fürnehmen Han-96
dels-Stadt Franckfurt am Mayn *part.* 1. *tit.* 3. §. 12. Daß auch zu glauben sey dem Handelsbuche / wann darin verzeichnet ist die Benennung der Personen/so die Waaren ausgenommen oder ausnehmen lassen / und durch wen ꝛc. Allein hingegen ist dis wohl in acht zu nehmen / daß dem 97
Handels-Buche zu glauben/ in dem was des Kauffmanns sein eigen Factum betrifft/als daß er verkaufft habe die und die Waaren/ allein daß er de facto tertii fidem meritire/ will sich nicht sustiniren lassen / gleichwie man Nuntio gläubt de suo facto referenti, non de alieno Menoch. *lib.* 2. *præsumt.* 24. Gail. *lib.* 1. *obs.* 54. *num.* 5. Mynsing. *Cent.* 6. *Obs.* 10. *num.* 4. *seqq.* Also ist hier die Frage / ob Hans Paul Wolff einiges Mandatum von der Winterfeldin gehabt / das ist factum tertii, davon kan libro mercatoris nicht geglaubet werden / sondern dasselbe muß anderweit bescheiniget werden. Ideoqve contractus mandati inter alios initus, qvia non est factum scribentis, sed alterius, non potest ex libro mercatoris probari, licet accipiens negotia ejus gerere solitus sit: Nec enim facta tertii aut contractus cum alio probantur mercatorum libris, sed

ſaltem ipſorummet & negotiationes. Mev. *part.*5. *Dec.*18.

Die andere Frage betreffend/ qvod qvi ſemiplenè probavit, ei juramentũ ſuppletorium deferri poſſit, & is admitti debeat, qvod in praxi receptum eſſe, exceptis criminalibus, arduis, matrimonialibus &c. ipſa qvotidiana experientia teſtatur. Wenn nun der geweſene Schneider Hans Paul Wolff de ſuo facto teſtiret / daß er nichts ſine mandato werde ausgenommen haben / ſo ſcheinet daß præter præſumtionem probitatis, ſemiplenè dieſes Man-
99 datum probire / zumal juramentum ſuppletorium auch propter præſumtiones juris, imo hominis, ſi validæ ſint, deferiret werden kan / Menoch. *de præſumt. lib.* 1. *qv.* 82. Mev. *p.*3. *Dec.*402. *num.*3. Nun finden ſich hier Præſumtiones, als 1.) generalis pro probitate ſartoris 2.) ſpecialis, daß die Waaren nicht würden getrauet ſeyn / wo nicht man de mandato verſichert geweſen/ 3.) daß der Schneider ſelbſt de mandato ſo weit/ daß ers glaube/ atteſtiret. Allein dis möchte hier in Conſideration kommen / daß die Weilerſche Erben nicht anders / als de credulitate juramentum ſuppletorium præſtiren könten/ und der Schneider ſelbſt auch
100 de credulitate nur atteſtiret/ werden alſo zwey ſingularia concurriren/ qvod aliàs de jure non ſolet admitti per *l.* 1. *C. de dot. promiß.* Tiraqvell. *in l.*8. *num.*177. *C. de Revocand. donat. &c.* Dazu kömmt dieſes / daß Hans Paul Wolff/ wenn er ſchon aſſertivè bezeugte/ daß er Mandatum gehabt/ auch daß er das Mandatum acceptiret und daſſelbe exeqviret habe/ ſo ſcheinet doch/ daß er de ſe ipſo exculpando aut exonerando de damno vel vituperio evitando deponiret haben würde / qvo caſu teſtis non eſſet exce-
101 ptione omni major, ob proprium intereſſe, *per tradita* Farinac. *qv.*60. *num.*22. & *qv.*63. *n.*211. Zweifeln alſo ſehr/ daß das juramentum ſuppletorium werde erkant werden/ doch möchte Dn. judex futurus wohl anſehen können / daß gleich=

gleichwol die Schuld sehr alt / und vor diesen schon bey der von Winterfeldin Leben gemachet / wenn dasselbige zu bescheinigen/auch an Sie Churfürstl. Befehliche / wie ich aus dem Auszuge verstehe/ergangen / die Summa nicht allzu hoch ꝛc. dieses aber gewiß / daß juxta jura communia qvo- 102
vis tempore juramentum judiciale von den Weilerischen Erben denen von Borcken könne deferiret werden / etiam post conclusionem in causa, und daß sie es zu præstiren schuldig. Menoch. *lib.2. præsumt.47. num.6.* Setser. *de jurament. lib.4. cap.5. num. 26.* Zumal terminus probatorius, qvia contra probationem petita fuit restitutio, noch nicht verstriechen/und alles noch res integra ist.

103
Die dritte Frage betreffend/ möchte wol pro negativâ angeführet werden/ daß so das mandatum, so der Schneider soll gehabt haben / aus den Handels-Büchern nicht kan bewiesen werden / ebener Gestalt das mandatum, so der Martin Leonhard soll gehabt haben / auch müsse probiret werden. Ob eandem rationem, qvæ idem jus facit, per vulgata. Zu dem/so kan auch einer ex facto 104
alterius in Rechten nicht obligiret werden / excepta institoria & exercitoria actione, & casu contractus servi & filiifamilias, & in similibus, idqve tantùm in duobus posterioribus casibus peculiotenus.

Und drittens/ob wol ex facto famuli voluntas domi- 105
ni möchte præsumiret werden/ per tradita Menoch. *Cons. 53. num.4.* So ist doch solche præsumtio generalis, und 106
falliret gar oft. Dieweil aber gleichwol die Sententia nur allein von denen Waaren / die Hans Paul Wolff im Namen der Frau von Winterfeldin ausgenommen/redet/ von denen aber/so der Diener zwar eben zu der Zeit ausgenommen/in sententia keine Meldung beschehen / die sententiæ

aber/

aber stricti juris seyn/ und bey denen famulis mandata domini leichter als bey Fremden zu vermuthen/ so erscheinet daraus so viel/ daß diejenigen 43. Reichsthaler 11. gl. Capit. nebst den Zinsen/ von denen andern Waaren/ so Hans Paul Wolff ausgenommen/ zu separiren/ und von den Beklagten bey Vermeidung der Execution zu bezahlen seyn.

107 Atqve hæc de probatione librorum mercatoris pro tertio vel contra tertium; Restat adhuc monere, qvod scripturæ duorum mercatorum super eodem facto plenè probent, qvia duæ semiplenæ probationes unam efficiunt plenam, Bald. *in cap. qvoniam contra de probat.* Dec. *in Cap. 3. de fid. Instrum.* uti etiam supra fuit dictum.
108 Unde infert Socin. *in Consil. 295. vol. 2. circ. fin.* qvod plures libri simul juncti, in qvibus continetur eadem res, fortius probent, juxta regulam juris: qvæ non prosunt singula,
109 multa juvant Gl. *in l. 2. in pr. ff. de Excusat. tut.* Qvod tamen Socini dictum non procedit in pluribus ejusdem personæ, ut eis credatur pro scribente, qvia conjungi non possunt ad plenam probationem, cum singuli per se non operentur nisi alia concurrant. Aliàs de facili posset qvis plures libros conficere, si ad eum modum fides plena haberetur ejus scriptis.

110 Anteqvam verò hoc Cap. relinqvam, non ineptè movenda est qvæstio, num contra libros mercatorum, qvorum fides approbata est a statuto vel consvetudine,
111 probatio admittatur in contrarium? Negant hoc Strach. *Tract. qvomod. in caus. mercat. proc. num. 35.* Alex. *in l. 1. §. si absens num. 7. ff. si ex nox. caus.* & Vivius *Dec. 448. num. 3.* asserit, tales libros haberi qvodammodo pro sententiâ, suâqve fide in rem judicatam transire conf. Rot.
112 Gen. *Dec. 2. num. 9.* Alii distingvunt, an statutum vel consvetudo loqvatur de probatione plenâ, seu simpliciter probatione, & hoc modo aliam in contrarium habere

locum;

locum; Qvando vero consvetudo loqvatur de plenariâ seu plenissima probatione, probationem in contrarium non obtinere.

Verùm nihil pensi habitâ distinctione hâc asserimus 113
cum Trentacinqv. *lib.* 2. *Resolut.* 7. §. 29. & Mev. *Conf.* 53. *num.* 68. probationem in contrarium semper esse admittendam, ratio est in propatulo, qvia licet credatur publico instrumento *l.* 18. *ff. de probat.* & similiter testibus idoneis *l.* 15. *C. de Fid. Instrum.* Tamen non est rejicienda alia probatio *d.l.* 18. ibiqve Brunneman. *cit. tertio loco & c. licet causam X de probationib.* ubi habetur, qvod qvidem per privilegia seu instrumenta sit manifestissima seu evidentissima probatio, nihilominus illa possit reprobari, adeoqve instrumenta probationem qvidem continent probatam, sed inter omnes etiam constat, contra ejusmodi instrumenta exceptiones notorias inprimis soluti- 114
onis aut satisfactionis per confessionem, adversarii aut aliter in continenti probabiles, admittendas esse Felin. *in Cap. ex parte n.* 2. *X. de Legat.* Socin. *Conf.* 158. *n.* 3. *part.* 2. Coler. *part.* 2. Dec. 290. *num.* 2. Sicut enim ex casu agentis intentio clara est ex instrumento vel libris ejusmodi, ita contra exceptio rei evidenter apparet ex alio instrumento vel confessione Creditoris, Dec. *in l. bona fides de R. J. num.* 2. Coler. *de process. Execut. part.* 4. *cap.* 1. *n.* 99. Et ut maximè contra præsumtionem juris, qvæ oritur 115
ex instrumento debiti non admitteretur alia probatio, tamen non excluditur probatio per confessionem partis Bald. *in l.* 2. *num.* 3. *C. de Execut. rei judic.* Coler. *de process. Execut part.* 5. *cap.* 1. *num.* 109. Licet porro juramenti 116
suppletorii hæc sit potestas, ut jurans sententiâ judicis causæ victoriam reportet *l.* 31. *ff. de jurejur.* Lauterbach. *Tract. Synopt. de jurament. Necessar. num.* 98. Rosbach. *prax. Civ. tit.* 67. *num.* 13. Attamen propter instrumenta 117

noviter reperta, ſententia judicis ex hoc lata juramento retractari, & cauſa ex integro, etiam ſine reſtitutione in integrum agi poteſt *l.25.ff. de dol. mal.* Carpz. *proc. tit.* 12. *art.2. num.* 100. *& ſeqq.* Joh. Borcholt. *de jurejur. cap.* 18. *num.* 55. *& ſeqq.* Setzer *de jurament. lib.4. cap.17. num.9.*
118 *ſeqq.* qvia ſententia ex privilegiatis probationibus nunqvam tranſit in rem judicatam, ſed qvocunqve tempore reſcindi poteſt Berl. *p.* 1. *Concluſ.* 55. *num.* 84. Marant. *de Ordin. judic. p.6. num.*133. Fulv. Pacian. *lib.* 1. *de probat. cap.* 47. *num.* 86.

119 Dicendum itaqve plenam probationem aliâ in contrarium probatione poſſe elidi, cum conſvetudo ſemper imitetur legem ſcriptam, paremqve cum eâ vim habeat *l.32.ff. de LL. §.9. Inſtit. de jure Nat. Gent. & Civ. cap. fin. de Conſvet. c. conſvetudo diſt.* 1. *l.2. C. qvæ ſit lõng. conſvet.*

120 Libri verò mercatorũ contra eorum chirographa ſeu inſtrumẽta propria manu ſcripta & ſubſcripta, nihil qvicqvam in contrarium probare valent, qvia hæc rem apertam & claram faciunt *l. cum precibus* 18. *C. de probat.* ubi *Dec.* conf. Spec. *de Inſtrument. Edit. §. reſtat. verſ. ſed pone* Tib. Dec. *Reſp.66. num* 59. *Vol.* 3. Gœdd. *Conſ. Marpurg. Vol.* 3. *Conſ.* 32. *num.* 102. Ideoqve probationem in contrarium non admittunt Weſenb. *in paratitl. de fid. Inſtrum. num.* 6. Coler. *de proceſſ. Execut. part. 4. cap.* 1. *num.* 107.

CAP.

CAP. XIII.

DE COMPARATIONE LITERARUM.

SUMMARIA.

Si non constat de libris mercat. non probant, n. 1.
Qvando ad literarum comparationem recurrendum, num. 2.
Definitur literarum comparatio, num. 3.
Adhibetur literarum comparatio in subsidium, num. 4.
Est conjecturalis & periculosa, num. 5.
Multi possunt alterius manum imitari, num. 6.
Exemplum refertur ex Jas. Mascard. num. 7. 8.
Literarum comparatio communiter semiplenam habet probationem, num. 9.
In epistola plenè probat, num. 10.
Item in libris mercatorum, num. 11.
Secus in apocha, per rationem diversitatis, num. 12.
Facilius est falsare unam apocham, qvam unum librum rationum, num. 13.
Qvando de libris mercat. hoc intelligendum, num. 14.
Literarum comparatio debet à parte peti, num. 15.
Petens debet juramentum præstare num. 16.
Juramentum hoc juxta Trentacinqv. debet præstari, licet non petatur, num. 17.
Sententiã suam adstruere conatur
1) per Novellam. num. 18.
2) per Glossam, num. 19.
3) per Rationem, num. 20.
A formâ per legem vel statutum traditâ consensu partium vel expresso vel tacito recedi neqvit num. 21.
A sententia Trentacinqvii recedit Cephal. num. 22.
Ejus rationes, num. 23.
Cum Cephalo facit Roland. n. 24.
Etiam is, contra qvem petitur comparatio literar. debet jurare, num. 25.
Comparatio debet concedi à judice prævià causæ cognitione, num. 26.
Si aliunde potest haberi probatio, cessat comparatio, num. 27.
Comparatio literar. non debet esse frustratoria, num. 28.
Frustra est probare, qvod probatum non relevat, num. 29.
Articuli probatorii debent esse pertinentes, num. 30.
Scriptura comparanda seu ad

1 ET hæc qvidem, qvæ de probatione librorum mercatoris plenâ vel minus plena dicta sunt, accipienda veniunt, si constet de libro mercatoris, cujus sit: Nam si non constaret, cujus esset liber, nullam fidem

fidem faceret, Castenf. *Conf.406. lib.1. & Conf. 19. lib. 2.* Item si mercator, contra qvem liber rationum producitur, non unam particulam tantum, sed totum librum rationum suum esse inficietur, qvo casu etiam contra ipsum probare neqvit, ergo utroqve casu ad literarum comparationem est recurrendum Ripa *in l.31.ff. de jure-* 2
jur. num. 131. Nicol. à Passer. *de script. priv. lib. 4. qv.* 1. *num. 127. & 128.* Trentacinqv. *variar. resolut. lib. 2. tit. de probat. Resolut. 7. num. 1.*

Hæc literarum comparatio in *l. 22. C. de Leg. Cornel.* 3
de fals. vocatur etiam scripturarum collatio, & nihil aliud est, qvam duarum pluriumve scripturarum per judicem & peritos viros legitimè facta collatio, ut earum similitudine, vel diversitate apparente, per non dubium aut confirmetur aut reprobetur, *l. comparationes* 20. ubi Brunneman. *C. de fid. Instrum. Novell. 73. cap. 7.* Ordinat. judic. Summ. Tribun. Reg. Vismar. *p. 2. tit. 31. §. 1. vers.* scheinet auch nöthig zu seyn.

Adhibetur autem literarum comparatio in subsi- 4
dium, nec ea uti solemus, nisi aliæ desint probationes Fontanell. *de pact. nupt. clauf. 6. gl. 3. p. 6. num. 10.* Natta *Conf. 637. in fin.* Carpz. *lib. 3. tit. 8. Resp. 84. n. 5.* Sichard. *ad d. l. 20. C. de fide instrument. num.* 1. qvia est conjectu- 5
ralis, & propterea multum periculosa & fallax, Mascard. *de probat. Conclus.* 110. *num.* 20. Nam multi reperiun- 6
tur, qvi tam artificiosè, tamqve exactè (ut Zas. *lib. 2 sing. Respons.* 21. *in fin. de Monacho qvodam Augustino exemplum refert*) in pingendis literis, alterius manum seu du- 7
ctum literarum imitari callent, ut qvis juraret, unam eandemqve scripturam esse Bart. in *authent. Contractus C. de fid. Instrum. num. 6.* Marsil. *in rubr. C. de probat. num. 318.* Carpz. *p. 1. C. 17. Def. 15.* Et Mascard. *de pro-* 8
bat. Conclus. 330. num. 3. notabile consignavit exemplum

alicujus falſarii, qvi adeo callidè variorum hominum characteres effingere didicerat, ut omnino eadem habe-retur eadem ſcriptura, & manus eadem, ob cujus frau-dulentæ artis exercitium, ad perpetuos condemnatus fuit carceres.

9 Interim licet communis JCtorum Schola compa-
rationem literarum vi & efficacia ſemiplenæ probatio-nis inſtructam eſſe, ambabus concedat manibus Joh. de Graff *Arbor. Judic. princip.* 5. *num.* 1. Socin. *vol.* 3. *Conſ.* 1. *num.* 2. Natta *Conſ.* 632. *num.* 3. Nihilominus tamen illi ſoli, ſi inveniatur concordans literarum ſimilitudo per omnia, ita ut clariſſimè conſtet de literarum ſimili-
10 tudine, judex in pronunciando ſtare poteſt (1) in Epiſto-la ab abſente miſsâ, Gramm. *Dec.* 14. *num.* 6. Bart. *in l.* 31. *ff. de jurejur. l. nuda ratio* 20. *ff. de Donat.* Nicol. de Paſ-ſer. *de ſcript. priv. lib.* 2. *qv.* 8. *num.* 126. Maſcard. *de pro-*
11 *bat. Concluſ.* 330. *num.* 13. & 14. (2) In libris mercatorum, Bartol. *in d. l. nuda* ratio *num.* 9 *ff. de donat.* & *in authent. at ſi contractus num.* 9. *C. de fid. inſtrument.* Menoch. *de arbitr. jud. Qvæſt. lib.* 2. *Cent.* 2. *Caſ.* 114. *num.* 33. Alex.
2 *Vol* 6. *Conſ.* 86. *num.* 5. Ratio, qvia liber ut plurimum ſolet confici parte abſente, & ſic diverſum obtinet in apo-cha, qvæ datur à parte parti, adeoqve imputandum eſt ei, qvi ſe ſuper ea fundat, qvod teſtes & alias ſolennitates minimè adhibuerit. Deinde in libris rationum non po-teſt ita de facili committi fraus per appoſitionem tempo-ris præteriti, qvia ſingulis diebus & continuatè in illis ſcribuntur data & accepta, ita ut impoſſibile ſit mutare veritatem temporis, qvin peritus mutationem non co-
13 gnoſcat; adeoqve facilius eſt falſificare unam apocham, qvam unum librum rationum. Cravett. *de antiqvit. temp. rubr. revocare Conſilium num.* 68. Neguzant. *de*

pignor.

pignor. 2. *membr.* 5. *num.* 48. Scacc. *de judic. Civil. lib.* 2. *Cap.* 11. *num.* 1022.

Atqve hoc intelligendum de libro rationum ipsius scribentis, qvi in eo ad alterius commodum aliqvid contra se scripsit, & penes qvem, vel ejus successores liber ille esse solet Bart. in *d. authent. ast si contractus*, *num.* 5. Secus est, qvando in commodum sui ipsius scripsisset, & eodem codice uti velit. Nam hic sola literarum comparatio minimè sufficit, qvoniam in isto casu facilè potest fraus committi. Nicol. de Passer. *de script. priv. lib.* 2. *qv.* 8. *num.* 124. & 125. Scacc. *d. l. num.* 106. 14

Anteqvam autem literarum comparatio instituatur, nonnulla reqviruntur. Nimirum (1) ut sit petita à parte *l. Comparationes* 20. *C. de fid. Instrument.* ubi Paul. de Castro *num.* 12. Menoch. *de A. J. Qv.* 114 *num.* 34. (2) Necesse est, ut is, qvi petit comparationem fieri, juramentum præstet, qvod neqve lucri causa, neqve inimicitiis, neqve gratiâ tentus hujusmodi faciat comparationem *d. l.* 20. *C. de fide instrument.* & de jure Novellar. jurabit, se, qvia non habuit aliam fidem idoneam, ad collationem instrumentorum venisse, nec qvicqvam circa eam rem egisse, aut machinatum esse, qvod possit forte veritatem abscondere *Nov.* 73. *cap.* 7. §. *fin.* Matth. Stephan. *ad dict. Novell.* Carpz. *de process. tit.* c. 4. *art.* 3. *n.* 78. Anton. Tessaur. *Dec* 24. *num.* 1. modo juramentum sit à parte petitum, *Consil. argent.* 62. *tom.* 1. *num.* 72. Anton. Perez. *in C. tit. de fid. Instrum. num.* 22. 15 16

Putat qvidem Trentacinq. *lib.* 2. *variar. resol. tit. de fid. Instrument. Resolut.* 7. *num.* 1. qvod tale juramentum ad nullitatem actus evitandam, etiamsi non petatur, adhiberi debeat, cum illud pro forma tempore petitionis comparationis literarum reqviratur, & sic potius ad esse rei, *sive ad substantialem & essentialem*, qvam ad confirmatio- 17

mationem rei in esse productæ, *sive accidentalem comparationis formam*, spectet: Sententiam hanc suam adstru-
18 ere conatur (1) per verba: & ipse, qvi hoc petit fieri, juret, *Novell. 73. c. 7. vers. si verò nihil.* His enim verbis, *dicit*, refertur juramentum ad tempus, qvo petitur literarum comparatio. Ergo illo tempore petens jurare debet, cum qvalitas adjecta verbo intelligi debeat secundum tempus verbi *l. 4. §. 1. ff. de Noxal. act.* & dispositio, relata ad aliqvod tempus, intelligi debeat in illo tempore *l. 2. ff. de aur. & argent. leg.* Si itaqve petens eo tempore, qvo petit, jurare tenetur, seqvitur, qvod si non juret, comparatio sit ipso jure nulla, non attento eo, an adversarius id petierit nec ne: cum prius peti non possit, ut præstetur, si prius non sit, qvi comparationem literarum fieri petat, tempore verò qvo petitur, petens jurare debet, unde infertur, qvod tale juramentum reqviratur ad
19 esse rei (2) sententiam suam probare intendit per Gl. *in Novel. 73. cap. 7. verb. juret*, qvæ dicit novum ibi reqvisitum addi. Sicut autem reqvisita *l. Comparationes 20. C. de fid. Instrum.* sunt adhibenda, anteqvam comparatio fiat, & non post comparationem, alias comparatio est ipso jure nulla: Ita qvoqve hoc reqvisitum eodem modo & tempore adhiberi debet, ut sic ad esse rei adeo-
20 qve ad formam substantialem reqviratur. (3) provocat ad rationem, qvod is, qvi petit fieri comparationem literarum, debeat pro forma jurare, forma autem traditâ à lege vel statuto ad ungvem non servata reddit actum
21 ipso jure nullum Alex. *Cons. 137. num. 15. Vol. 2.* adeo, ut à forma per legem vel statutum tradita, ne qvidem consensu partium recedi possit Ruland à Valle *Cons. 72. vol. 3.* & hoc procedat non solùm, qvando expressus adest partium consensus, sed etiam tacitus, ut qvia non opponatur, vel petatur, siqvidem qvando qvid pro forma reqvi-

ratur,

ratur, taciturnitas partis nihil opponentis vel petentis non opituletur, qvin actus contra formam factus non sit nullus Socin. *Conf.24. num.22. & 23. Vol.* 1.

Verùm ab hâc sententia recedit Cephal. *Conf.* 454. 22
num. 39. *seqq. vol.* 4. motus (1) per verba & *omnino, si putaverit eis judex oportere credi, etiam jusjurandum injicere proferenti &c.* ubi arbitrio judicis relictum, qvādo petenti velit juramentum deferri. (2) per *l.* 4. *C. de precib. im-* 23
perat. offer. ubi dicitur, qvod non aliter valeant rescripta in præstandis dilationibus, nisi fidejussio idonea super solutione debiti præbeatur. Est itaqve hoc in casu de forma, ut præstetur illa fidejussio per verba *non aliter* Bart. *in l. de his ff. de transact.* & tamen tum demum procedit, si adversarius postulet; inde concludit Cephal. qvod judex non teneatur deferre juramentum istud, nisi à parte adversâ petitum fuerit.

Cui calculum suum addit Roland de Commissar. *p.* 24
2. *lib.* 5. *cap.* 38. *num.* 9. asserens, qvod hoc non ita strictè in Camerâ observetur, sed ut plurimùm tacito partium cōsensu remittatur, neq; ullum superesse dubium, qvin hoc fieri possit, cum partium jura probatoria tantū spectet.

(3) Non solum actor, vel qvi petit comparationem 25
fieri, jurare tenetur, sed etiam is, contra qvem fit comparatio *Novell.* 73. *cap.* 7. §. 1. (4) ut comparatio sit con- 26
cessa à judice, qvia ad eam devenire non debet, nisi præviâ causæ cognitione. Primo enim inspiciendum, an possit aliunde haberi certior probatio, qvæ si adsit, non de- 27
bet, comparatio literarum admitti, qvia adminiculum comparationis, uti supra fuit dictum, est remedium subsidiarium, qvod tam diu non admittitur, qvamdiu locus est ordinario *l* 16. *ff. de Minor.* Gait. *de Credito cap.* 2. *tit.* 8. *num.* 2822. *& seqq.* Scacc. *de judic. causar. Civil. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 934. & 1060. Secundò videndum, ne sit frustra- 28

toria, qvæ si esset talis, ut non relevaret, non esset concedenda arg. *l. 15. C. de rescindend. vendit. ibi neqve enim inanibus* Brunneman *ad d. l. comparationes num.* 8. Mascard. *de probat Conclus.* 103 *num.* 33. Confirmatio enim
29 probationis non probantis, sive non concludentis frustranea est, & frustra est probare, qvod probatum non relevat, Bald. *in d. l. comparation. num.* 15. frustratorios autem actus judex admittere non debet Nicol. Everhard. *de Fid. Instrument. cap. 9. num.* 147. præsertim cum probatio de necessitate concludere debeat *l.* 10. *C. de probat. cap.* 10. *X. eod.* probatio enim dubia ac incerta non relevat probantem *l.* 10. *ff. de Reb. dub. cap.* 8. *X. de probat.*
30 Unde sicut judex articulos productos secundum tenorem libelli diligenter examinare tenetur, an sint pertinentes ac relevantes, nec ne Gail. 1. *obs.* 81. *n.* 1. 6. Ita qvoq;
31 scripturam comparandam *sive ad qvam* inspicere debet, an ea confirmata producenti profutura sit, nec ne? Nam impertinentium, qvæ nihil ad rem faciunt, probatio, ne qvidem à volente admittenda *auth. in isto C. de jurejur. propt. calumn. l.* 12. *l.* 22. *C. de probat.* Strauch. *Dissert. Ju-*
32 *stinian.* 25. *th.* 10. Imo tenetur judex ex officio articulos irrelevantes rejicere, qvod in Camera factum esse testatur Gail. *d. l. num.* 15. Hinc si instrumentum publicum intrinsecis caret solennitatibus, vel scriptura privata est sine causâ, efficacem ex eâ probationem minimè induci docuerunt Bald. & Salic. in *d. l. comparationes.* Huc qvoqve pertinet, qvando scriptura producta nondum est completa ac absoluta, qvia comparatio non ad illum finem introducta, ut comprobet instrumentum vitiosum, & carens solennitate, probat enim manum tantùm, non autem supplet solennitatem Ruland. de Commiss. *part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 38. *num.* 4. Nicol. de Passer. *de script. privat. lib.* 2. *qv.* 1. *n.* 38. Cephal. *cons.* 19. *vol.* 3. & *cons.* 27. *n.* 51.

Unde

Unde tunc demum locus eſt comparationi, qvando 34
virtus causæ poteſt comparatione juvari, ſecus ſi non
reſultet effectus Trentacinqv. *lib. 2. variar. Reſolut. 7. de fide Inſtrument. num. 3.* Menoch. *Conſ. 42. num. 34.* Carpz. *in proc. tit. 14. art. 3. num. 61.*

Qvæ facili negotio poſſunt applicari ad libros mer- 35
catorum. Notum enim eſt ex iis, qvæ in ſuperioribus fuerunt tradita, qvod libri mercat. ad hoc, ut vim probandi habeant, debeant eſſe rectè confecti, debitisqve reqviſitis inſtructi, aliàs nullam eis haberi fidem, adeoqve & comparatio literarum ad illos erit fruſtranea.

(5.) Reqviritur ut literarum comparationem faciat 36
ipſemet judex vel ſolus vel adhibito perito, vel eam faciendam peritis committat, qvi omnes ductus literarum accuratè inſpiciant, & ita literas inſtrumenti dubii, cum literis alicujus inſtrumenti liqvidi conferant, qvod manu illius ſcriptum eſſe conſtet, vel ex propriâ confeſſione vel teſtium aſſertione. Brunneman *in proc. Civ. cap. 19. num 19 & in Comment. ad l. comparationes & auth. ſeq. de fid. Inſtrum. Gl. in §. ſi verò nihil aliud Nov. 73. cap. 7. Nov. 49. cap. 2.* Gothofr. *ibid.* Maſcard. *de probat. Vol. 1. Concluſ. 330. num. 33. ſeqq.* Joh. Marqvard. *de jure mercator. lib. 2. cap. 12. num. 11. & lib. 3. cap. 9. num. 11.* Menoch. *de Arbitrar. jud. qvæſt. Caſ 114 num. 26.* Si verò compa- 37
ratio ſolis peritis à judice committenda, qvibus poſtea incumbit relatio de actu comparationis, cum Menochio qvam plurimi ſtatuunt, non niſi duos ſufficere. Ubi 38
enim conſtitutiones peritorum mentionem faciunt, in plurali loqvuntur; cum verò pluralis locutio in ſingulari numero effectum ſuum ſortiri non ſoleat *l. fin. ff. ad SC. Trebell.* Gilken. *ad l. 20. C. de fid. Inſtrum. num. 5.* ſed potius duorum numero contenta ſit *l. 12 ff. de teſtib. cap. pluralis 40. de R. J. in 6to.* Decian. *Reſp. 32. num. 85.*

vol. 2. Surd. *Conſ. 31. num. 23.* Farinac. *p. 1. prax. Crim. qv. 47. num. 247.* Coraſ. *lib. 7. miſcell. c. 11.* ac in negotio illo, qvo periti eligendi ſunt regulariter duo ſufficiant, Bart. *in l. 1. pr. ff. de ventr. inſpic.* Menoch. *de adipiſc. poſ-*
39 *ſeſs. rem. 5. num. 162.* dicendum erit ad minimum duos eſſe adhibendos, præſertim, cum periti teſtibus æqviparentur Ruland de Commiſſar. *lib. 4. cap. 5. num. 3.* unum autem teſtem non ſufficere, certum ſit, nec etiam irrationabile, in tam fallaci probationis genere ſecundum præ-
40 ceptum Imperatoris plures adhibere peritos; plus enim vident oculi, qvam oculus, & qvod à pluribus qværitur, facilius invenitur. Nicol. Everhard. *de fid. Inſtrument. cap. 9. num. 168.* Hinc Joh. Paul Melius *in obſervat. qvotid. lib. 1. obſervat. 140. num. 1.* *Comparatio literarum*, inqvit, *per unicum peritum facta ad nihilum prorſus redigitur, cum duo ad minus pro ineundâ comparatione reqvirerentur.*

41 Qvod ſi tamen in loco, qvo inſtituenda eſt comparatio, non tanta extet copia peritorum, ut duo eligi poſſint, ſufficere unum eligi, putant Joſeph. Ludov. *Dec. 7. num. 9.* Dec. *in c. propoſuiſti num. 10. de probat.* Menoch. *de adipiſc. poſſeſs. rem. 5. num. 162.* Sed hæc ſententia du-
42 bia; Judex enim probationem non tam perficit, qvam aliis perficiendam injungit, qvi formam à legibus præſcriptam ad nullitatem actus evitandam, ſtrictè obſervare tenentur: ita ut unus in peritia artis ſcribendi excellens non ſufficere videatur, & nullus ſit peritus, qvi
43 non aliqvando labi poſſit. Ruland *de Commiſſar. lib. 4. cap. 5. num. 6.*

44 Nec defectus peritorum hic attendi debet, qvia abſentia ejusmodi perſonarum non poteſt inferre præjudicium parti alteri, & ipſa ars ad certum locum adſtricta non eſt, ſed formam ſuam habet præſcriptam Ruland

d. l.

d. l. num. 5. ita ut licet non dentur periti de manu ſcri-
bentis, periti tamen de arte ſcribendi, qvi viſis ſcripturis
ſcribentis certis, de ejusdem dubiis judicare poſſunt,
qvam diu durat ars ſcribendi, non deerunt conf. Teſſaur.
d.l. num. 9. Locum verò invenire poteſt ſententia Me- 45
nochii eo caſu, ſi conſenſus partium vel mediocritas ma-
teriæ contrarium ſvadeat, unumqve peritum tantum
exigat Gilken. *ad d.l. comparationes num. 6.*

Eligendi porrò ſunt periti conſenſu partium, *arg. l.* 46
hâc Edictali §. his illud C. *de ſecund. nupt.* Secus tamen 47
erit, qvando partes in electione diſſentiunt, tunc enim
poteſtas eligendi erit penes judicem Dec. *d. l. num.* 13.
Menoch. *all. l. num.* 163. Anteqvam verò periti ad com-
parationem literarum deveniant, juramentum præſta- 48
re coguntur, qvod comparationem facere velint non lu-
cri cauſa, neqve odiò, neqve gratia *Novell.* 73. *cap.* 7.
Menoch. *alleg. caſ.* 114. *num.* 28. Gothofred. *ad l.* 20. C. *de
fid. Inſtrument. lib. X.* & tunc juramentum credulitatis 49
ſecundum naturam rei præſtabunt. Farinac. *fragm. cri-
minal. p. 1. qvæſt. comparat. literar. qvid. num.* 483. Non
enim jurant ut teſtes, ſed jurant ut periti Pantzſchman.
qvæſt. pract. lib. 2. qv. 2. num. 12. Sichard. *ad d.l. Compara-
tiones num. 4.* Diſſentit hic Pacius *num.* 8. negans hoc 50
jusjurandum credulitatis vocari poſſe. Sed ei reſpondet
Gilken. *ad d. l. comparationes num. 7.* Fatetur enim Pac.
d. l. qvoad rem ipſam peritos teſtificari potius de eo,
qvod ſibi videtur, qvam de eo, qvod revera eſt. Et hoc 51
generale eſt in omnibus cauſis, in qvibus eliguntur pe-
riti, qvod illis deferatur juramentum, prout eſt caſus in
*l. hâc edictali 6. §. 2. C. de ſecund. nupt. & in l. 1. §. 1. ff. de
ventr. inſpic.* Sufficit verò, qvod iſti periti ſemel jurent, 52
ante comparationem inſtitutam, nec enim poſtea neceſ-
ſe eſt, qvod tempore relationis aliud præſtent juramen-

tum, prout artis periti alioqvin & in aliis causis facere consvescunt Menoch. *casu* 140. *num.* 28. Pantschman. *qv.* 2. *num.* 12.

53 (6.) Deniqve reqviritur duplex in literarum comparatione instituendâ scriptura, qvarum una vocatur à Dd. scriptura *ad qvam*, & est illa, qvæ producta in judicio à parte negatur, & ad eam probandam fit comparatio literarum. Altera verò scriptura *ex qva*, & est illa, unde sumitur comparatio literarum Farinac. *fragm. Crimin. p.* 1. *qv. Comparat. lit. qvid num.* 4. 55. Mascard. *de probat Conclus.* 330. *num. fin.* Carpz. *d. Resp.* 84. *num.* 10.

54 Et hæc scriptura eo tempore, qvo scriptura comparanda, debet esse scripta. Manus enim vel scribendi
55 ratio mutatur sæpius, & aliter in juventute scribimus & robusti, aliter in senectute & trementes, uti monet imper.
56 in d. *Nov.* 73. *proœm.* Scripturæ autem ex qvibus legitimè possit institui comparatio sunt (1) instrumentum publicum sive forense *l. comparationes C. de fid. instrument. Nov.* 47. *cap.* 2. (2) privata scriptura, qvæ trium testium subscriptione munita est. *Nov.* 73. *c.* 1. 3. Strach. *de mercat. p.* 3. *qvemad. in cons. mercat. proced. tit. de probat. num.* 9. (3) charta ex archivo publico prolata *authent. ad hæc C. de fid. Instrument. Nov.* 49. *cap.* 1.

57 An verò differentia hic facienda inter causas mercatorum & aliorum, ita ut in illis etiam ex scriptura privata, nec testib⁹ confirmata, nec ex archivo publico producta, possit fieri comparatio literarum? Negatur pro-
58 pter *l. comparationes* 20. *C. de fid. instrument.* Nec mercatores excipiendi sunt à legibus aliorum, nisi qvatenus ipsi juribus sunt excepti Petr. Rebuff. *ad l. si ita à te stipulatus,* 150. *vers. tertiò vitiatur de V. S.* Hering. *de fidejussor. cap.* 27. *num.* 285. & ita Scabini Lipsienses apud Carpzov. *lib.* 3. *tit.* 8. *Resp.* 84. *num.* 14. ad reqvisitionem Esaiæ

Klin=

Klingens zu Liegnitz / Menſ. Decembr. 1637. ſic reſp. Iſt am 10. Jun. dieſes 1637. Jahres vom Rath zu Lignitz/in Sachen Peter Jacoben Bernaul/ Klägern an einem / und dann euch Beklagten am andern Theil belangende/ein Abſchied unter andern dieſes Inhalts ertheilet worden; daß die Comparatio literarum Inhalts der Rechte fortgeſtellet werden ſolte. Ob nun wol ſolchem Abſchied zur folge gedachter Bernaul/ zu Erweiſung ſeiner Schulden / ein Schreiben / ſo der verſtorbene Hanns Grün an Tobias Schneidern abgehen laſſen / ingleichen einen Auszug und Specification etlicher von Grünen dem Tobiæ Schneidern auff den Wiederkauff eingeſetzter Jubel-Waaren/ deſſen Subſcription, daß ſie bezahlt / Grünens Hand ſeyn ſoll/ produciret/und dieſes eine Kauffmanns-Sache iſt. Dieweil aber dennoch die producirte Urkunden nur Privat-Schreiben/ von keinem Zeugen unterſchrieben/ oder ex archivis publicis genommen/noch ſonſten gewiſſe Nachricht vorhanden/daß ſolche Schriften Hanſen Grünens Hand gewiß ſeyn/ immaſſen die Rechte dergleichen Comparationem literarum erfodern/ und nirgends zu befinden/daß die Kauffmanns-Sachen von dergleichen rechtlichen Verordnungen ausgenommen/ über dis auch der Abſchied auff die Comparationem literarum nach Inhalt der Rechte gehet / ſeine Kraft Rechtens erreichet/ꝛc. So mag geſtalten Sachen nach / aus obgedachten Urkunden Comparatio literarum nicht angeſtellet werden / und hat dannenhero klagender Bernaul dem Abſchiede noch zur Zeit kein Gnügen gethan/ v. r. w.

. Cap.

CAP. XIV.

DE CONTRARIIS.

SUMMARIA.

Librorum mercat. effectus tollitur vel casu, vel dolo, num. 1.
Admittitur tamen creditor ad juramentum, num. 2.
Amissionem instrumentorum alleganti, qvænam sint observanda, num. 3.
Qvando ex reqvisitis qvid deest, ad juramentum non est properandum, num. 4.
Opus est specificatione & probatione casus, num. 5.
Formula sententionandi, num. 6.
Formula juramenti, num. 7.
Circa amissionem librorum non solum casus, sed etiam tenor eorum per duos testes probandus, & libros vitiis caruisse, n. 8.
Si dolo amissum instrumentum, ejus tenor juramento damnum passi probatur, num. 9.
Amissio instrumenti rei gestæ nihil nocet, num. 10.
Contractus qvi consensu, re, aut verbis perficiuntur, scripturam non desiderant, num. 11.
Qvando non opus est probare perditionem instrumenti, num. 12.
Testes æqviparantur instrumentis, num. 13.
Ob defectum solennitatum librorum mercat. effectus infringitur, num. 14.
Deficiunt (1) ex persona scribentis, num. 15.
Qvi publicà laborat infamià præsumitur mendax, num. 16.
Circa mercatoris infamis libros tres distingvendi sunt casus, n. 17.
Proponitur primus casus, unm. 18.
Qvando fides testis est approbata à contrahentibus, ille testis dicitur idoneus, num. 19.
Declaritur per exemplum, num. 20.
Exhibetur secundus & tertius casus, num. 21. & 22.
Qv. an inhabilitas superveniens minuat mercatoris fidem? num. 23.
An fallitorum libris fides habenda? num. 24.
Qvando casus fortuitus non tollat fidem mercatoris? num. 25.
Mercator qvi fraudulentus decoctor, fidem non habet, qvod probatur duobus præjudic. n. 26.
Dolo decoqventes habentur pro mortuis per statuta, num. 27.
Recensentur variæ fallitorum pœnæ, num. 28.

Ceden-

1 DE modis, qvibus Librorum mercat. fides infringitur, jam erit agendum. Tollitur verò eorum effectus primum, si planè perierint. Qvod accidere potest, vel casu, si fortè libri incendio ab-
2 sumantur, vel dolo, si furto abripiantur. Admittendus tamen est creditor, si propter casum ejusmodi debitum certum aut solutionem juratò obtinere velit, ne ob defectum probationis debito citra culpam suam carere, vel idem bis solvere cogatur, qvod iniqvissimum foret Carpz. *p.*4. *C.*17. *D.*15. Franzk. *lib.*2. *Resolut.*14. Berl. *p.* 1.
3 *Dec.* 9. Aliàs qvidem, anteqvam amissionem instrumentorum allegans ad juramentum super ista admittatur, seqventia Dd. tradunt observanda: Scilicet, amissionem oportere esse verosimilem, & ideo illa prius edocta, qvæ eandem verosimilem faciunt. Menoch. *lib. 6. præs.*61. *num.* 4.

Qvò pertinet primò ut qvi amissionem allegat, & jurare

jurare debet, sit persona fide digna, ita, ut nullius doli aut perjurii ab illo metus sit Gail. *lib.2.Obs.37.num.2.* Deinde, ut casum certum, ex qvo instrumenta amissa, alleget: Tertiò ut eum, qvem obtendit, velut amissionis casum atqve occasionem, probet. Faber *in Cod. lib.4. tit.14. def.* 57. Qvartò, ut modum amissionis exprimat, & simul doceat, ut exinde judici circumstantias & ex his verosimilitudinem facti examinandi ansa sit. Mascard. *de probat. Concl.* 88. *n.*16. & 18. Tandem, ut non nimis grave sit præjudicium & incommodum, qvod inde alteri infertur Gail. *d.l. num.*3. Mascard. *d.l. num.*6. Menoch. *d.l. num.*13.

De his qvando parum ex actis constat, nimis properè existimat David Mev. *p.*3. *Dec.* 10. actorem ad juramentum admitti. Nam ubi nihil adhuc probatum est, judex ad juramenti delationem decurrere non debet, *l.*3. *C. de Reb. Credit.* 4

Ante omnia verò laudatus Mev. *d.l.* monet injungendam esse specificationem, probationemqve casus atqve amissionis circumstantiarum, ut inde tum de verisimilitudine cognoscatur, tum juramenti forma, qvæ circumstantias seqvitur, concipi possit *arg. l. sub prætextu* 19. *C. de Transact.* Hinc formula sententionandi, Auff ꝛc. würde Kläger seinem erbieten nach eydlich erhalten/ daß er diejenige Obligat on, daraus er wider Beklagten geklaget/in originali bey sich gehabt/solche aber in der zu N. entstandenen Feuersbrunst im Rauch mit auffgegangen/so ergehet darauff ferner/was recht ist. Formula juramenti potest esse talis: Ich N. schwere/ daß ich diejenige Obligation, daraus ich Beklagten belanget/ in originali bey mir gehabt/ solche aber in der zu N. entstandener Feuersbrunst in Rauche auffgegangen. Dn. Swendendörffer *ad Fibig. pag.* 601. *seq.* 5 6 7

8 Et hæc qvidem ad libros mercatorum applicari possunt, sed tunc non sufficit probare solum casum, sed aliis argumentis obligatio aut tenor eorum probandus est, per *l. 18. C. de testib.* Castrens. *in l. 20. C. de probat.* Franzk. *lib. 2. Resolut. 14. num. 18.* imo probandum, libros vitiis & defectibus caruisse Bornit. *Tract. de fid. instrum. l. 8. cap. 2. & 4;* Marc. Cala *de mod. artic. p. 288. num. 252.* & qvi-
9 dem per duos testes, eosqve peritos & legales, qvi vim & substantiam instrumenti ac librorum, nec non defectus, siqvi adsint, deprehendere valeant *c. cum olim X. de privileg. ibiqve Dd.* Matth. de Afflict. *dec. 274. num. 2. seqq.* ubi Cæsar Ursilis *in addit. ad decis. 13. num. 12.* Menoch. *de præsumt. lib. 1. qv. 66.* Gironda *de privileg. qv. 7. num. 78.* Mascard. *de probat conclus. 245. & Conclus. 409. & Conclus. 1358. num. 52.* Joh. de Larrea *Dec. 56. num. 11.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 8. num. 1.* Pelaez de Miers *de majorat. p. 4. qvæst. 20. num. 147.* Et hæc procedunt qvando agitur de probatione tenoris instrumenti amissi sine culpa vel dolo adversarii, adeoqve casu fortuito; Nam si ex laceratione, subtractione, furto, aut alia ex simili causâ per partem adversam commissâ instrumentum fuerit amissum, ejus tenor juramento damnum passi liqvidissimè probabitur Bald. *in l. 1. num. 1. & l. qvi accusare 6.* ubi Purpurat. *num. 14. C. de Edend.* id qvod comprobant ex *l si de possessione C. de probat.* Abbas *in Cap. accepimus in dubio ult. de fide Instrument.* Ludovic. Roman. *Cons. 381.* Philipp. Dec. *Cons. 521. n. 18.* Cravett. *Cons. 267. n. 6. in f.* Cæsar Ursilis *in addit. ad Dec. Matth. de Afflict. 274.* Seraphin *de privilegiis juram. privil. 37. n. 3.*

Verum hisce forte non opus erit, qvia amissio in-
10 strumenti rei gestæ nihil nocet, & hinc creditor debiti persecutionem non amittit, si de eo aliunde constet, *l. 1. l. 5. l. 7. l. 10. 11. & 12. C. de fid. Instrument. l. 2. C. de revoc. donat.*

*donat.l.*15. *C. de jure dot. l.*7.*C. de pact.* negotia enim &contractus ex regulis juris consensu, re aut verbis perficiuntur, & scripturam non desiderant, qvæ propter probationem solùm accedit, qvæ si aliunde suppetat, illius finis meritò cessat *l.*4.*ff. de fid. Instrument. l.*4.*ff. de Pignor.* Et qvando scriptura nõ est de substantiâ actus & testes interfuerunt gestis cõtentis in instrumẽto, nõ necesse est probare perditionem instrumenti, vel qvod illud fuerit sine falsitate, sed satis est deponere de veritate rei, qvia testes etiam æqviparantur instrumentis, & in judicio testes & instrumenta parem vim habent *c. cum Joannes de fid. Instrum. l. in exercendis C. eod.* Trentacinqv. *lib.* 2. *de fide Instrument. Resol.*4 *n.* 1. potest etiam creditor judicis officio debitorem compellere ad novos rationum libros conficiendos *arg. l.*57.*ff. de adm. & peric. tut.* Gail. *lib.* 2. *Obs.*37. *num.*2. 11 12 13

Porro librorum mercat. effectus infringitur ob defectum solennitatum aliorumq; reqvisitorum, qvæ cum in antecedentibus jam fuerint excussa, paucis jam repetere, eorumqve compendium facere lubet. Deficiunt verò memorata reqvisita (1) ex persona scribentis, si ille primùm negetur esse mercator, aut non manu mercatoris, vel unius ex sociis aut institoris, sed alienâ liber sit conscriptus, qvia statutum vel consvetudo videtur approbare personas ipsorum mercatorum, non aliorum. Trentacinqv. *lib.*2. *de probat. Resolut.*7. *num.*28. Deinde licet talis sit, necessariâ verò mercatoris qvalitate, puta integritate destituatur, si fraudandi animo scripsisse vel exegisse, qvæ debita non fuerunt, deprehendatur; Item si publicâ laboret infamia, qvia hujus farinæ homo præsumitur mendax *c. inqvirendum* 2. *qv.* 7. Barbat. *in repet. c. testimonium Col.*5. *de testib.* Marsil. *consf.*101. *n.*14. Honded. *Vol.*1. *Cons.* 100. *num.*18. 14 15 16

17 Sed tres caſus hic cum Sigism.Scacc. *lib.2. de judic. cap.11. num.* 189. benè ſunt diſtingvendi. Primus eſt,
18 qvando contrahentes cum mercatore, ſciverunt iſtius infamiam, præſumuntur verò eam ſciviſſe, ſi infamia eſt publica, tunc ejusdem libris fides habetur: qvia contrahendo ſcienter cum infame mercatore, videntur ei remittere illam maculam infamiæ, taciteqve ei mandare, ut conficiat rationes, & ſic teſtimonium ſeu fides mercatoris, qvamvis infamis, eſt approbata ab eo, qvi cum ipſo
19 contrahit de re, pertinente ad mercaturam. Hinc qvando fides teſtis eſt approbata à contrahentibus, tunc ille teſtis dicitur idoneus, licet aliàs eſſet inhabilis Socin.
20 *lib.1. Conſil.17. num.16.* Et monachus vel alius religioſus poteſt eſſe teſtis inſtrumentarius, ita ut poſtea non poſſit opponi contra inſtrumentũ, qvod monachus non habuerit licentiam à ſuperiore, qvia teſtes inſtrumentarii tanqvam approbati à contrahentibus, poſſunt etiam eſſe inhabiles. Cravetta *Conſ.56.* Menoch. *de A.J. Q.*
21 *lib.2. Cent.2. caſ.105. num 6.* Secundus caſus eſt, qvando contrahentes ignorarunt infamiam, qvia ſic non approbaverunt mercatoris perſonam, dum in approbatione reqviritur conſenſus, qvi tamen in ignorantem non cadit, adeoqve & ejusmodi mercatoris liber non valebit
22 tanqvam mercatoris legalis & fide digni. Tertius caſus eſt, qvando mercator fuit effectus infamis, poſtqvam cum eo eſt contractum; qv. an inhabilitas ſuperveni-
23 ens minuat illius fidem? qvod contra Scacciam. *all. l.* nego, ut mox patebit.

24 His ipſis enim ſunt accenſendi falliti, non verò promiſcuè omnes, ſed cum Mev. *Ad Jus Lubec. lib.5. tit.7. art.1. in additam.* ſi de eorum librorum fide agitur, ſtatuendum id eſſe arbitror ex vitâ & mercaturâ anteactâ. In qvâ ſi antè lapſum facultatum ejusmodi mercator fuit incul-

inculpabilis, ut esse censetur, si non fraudator probabitur, liber fidem facit, etiam postqvam decoxit. Casus enim fortuitus postea eveniens, non potest tollere fidem, qvam antea fuit meritus, qvod maximè procedit, si ab institore qvodam libri sunt scripti, cujus jurejurando postea possunt confirmari.

Ubi autem in propatulo, mercatorem fraudulenter 26
aut prodigè egisse, velut decoctor, fidem non habet, ideoqve nec libro ejus vel scripturæ creditur, Mascard. *de probat Conclus.* 975. *num.* 30. Menoch. *Cons.* 40. *num.* 29. Uti pronunciarunt Dnn. Scabini Lipsienses in causa L. K. contra R. L. L. ventilata in judicio mercatorio Lips. mense Aug. 1692. Auff Klage / Exception und erfolgte Gesätze in Sachen L. K. Klägers an einem / R. L. L. Beklagten andern Theils ꝛc. Dieweil Beklagter das producirte Handels-Buch recognosciret / so hat es darbey sein bewenden / er ist aber von der Klage / immassen sie anbracht / zu entbinden und los zu zehlen / v. r. w. Et cum in prætorio Lipsiensi bancheruptor per libros suos probare intenderet debitum ad impetrandum arestum, alia ipsi pleniorqve probatio à Dnn. Scabinis d. 9. April. 1689. fuit injuncta in sententia designationis hunc in modum: VIII. 67. Rthl. 19. gl. 6. pf. J. M. und H. Z. vermöge des am 16. Sept. erwehnten Jahres üm halb 2. Uhr verstatteten Arests / iedoch wenn sie vorhero diese ihre Foderung in Sächß. Frist anderer Gestalt und besser / denn geschehen / bescheinigen. Unde ejusmodi falliti, dolo decoqventes, 27
licet jure Civili maximam & mediam capitis diminutionem passis non annumerentur, secus tamen obtinet de consvetudine, qvâ pro mortuis habentur Rot. Gen. *Dec.* 1. *num.* 41. Scacc. §. 11. *gl.* 5. *num.* 329 *de Commerc.* ita per statut. Antwerp. de qvo Leoninus *Cons.* 63. & Hamburgi *stat. p.* 2. *art.* 5. *tit.* 6. & Parisiis judicatum refert *Traiete*

de s

des changes, ut uxor decoctoris in concursu creditorum non dotem solùm, sed augmentum dotis præcipiat, cum
28 decoctio mariti æqvipolleat morti naturali.

Præterea aliæ adhuc fallitorum pœnæ leguntur constitutæ. In Recess. Imp. *de Anno* 1548. furibus similes dicuntur, uti & in Belgio pro publicis furibus & grassatoribus constitutione regiâ de *Anno* 1640. declarati, & Mechliniæ juxta Christin. *tit.* 21. *art.* 1. ac in regno Castellæ pro famosis latronibus. Joseph. de Sesse *Dec. Arragon.* 102. *num.* 2. 3. 4. In Hispaniâ ut raptores puniuntur Molina *Disp.* 695. Mechliniæ suspenduntur Christin. *d. l.* Mediolani, Carpan. *Cap.* 307. & in Galliâ ad triremes relegantur, & licet fugiant, tamen in effigie eorum hoc supplicium peragitur *Traiete de Changes Cap.* 3. licet etiam statuto Romæ ad mortem detineri juberentur, melius tamen de illis meruit Pius Qvintus, ut refert Scacc. §. 7. *gl.* 5. *num.* 149. qvi constituit, ut ultimo sup-
29 plicio afficerentur.

Ex Lovetio recenset Limn. *Tom.* 1. *Addit. ad libr.* 4. *cap.* 8. §. 313. à parlamento Parisiensi latam fuisse sententiam anno 1582. qvâ condemnati fuerint illi, qvi cesserunt bonis, ut uterentur pileo viridi, possent retrotrahi
30 in carcerem conf. Perez *ad C. qvi bon. ced. poss. num.* 22. Alibi portant pileum coloris flavi Limn. *d. l. p.* 312. Idem
31 & de jure Saxon. constitutum, Erledigung der Landes-Gebrechen *de Anno* 1661. Tit. von Justitien-Sachen/ §. 78. Daß die Falliten eine Zeit lang/ nach des ordinarii Judicis Ermässigung/ zu Anzeigung ihres in Nachlässigkeit und Verschwendung geführten bösen Lebens/ einen gelben Hut zu tragen/ und andern ihres gleichen besser als sie Haus zu
32 halten/ ein Beyspiel damit zu geben/ angehalten werden sollen. Qvod ipsum deinde in Ordinatione *proc. mercator. Lips.* superaddito adhuc alio rigore, repetitur his

ver-

verbis §. 22. Wenn der Schuldner nicht darthun kan/ daß er durch Unglücks-Fälle ohne sein Verschulden/in Schaden und Abnahm der Nahrung kommen/so soll wider denselben nach Anleitung der Erledigung der Lands-Gebrechen *de Anno* 1612. §. 19. und *de Anno* 1661. §. 78. ohne Ansehung der Person/mit der Schärffe verfahren/ihm keine Handlung zu führen/noch bis er zuvorhero klar erwiesen/ daß er seine Creditores gäntzlich befriediget habe/ auff die Pörse und Wechsel-Platz zu kommen / oder daselbst zu scontriren verstattet/er zu keinem öffentlichen Amte befördert/ auch zu ehrlichen Zusammenkünften nicht gelassen werden.

Defectus deinde occurrit circa libri formam & 33 materiam, si non justo ordine, sed confusè nec expressâ causâ omnia data & accepta sint inscripta,sed debita contra se reperiantur omissa Ruland *de Commissar. lib. 5. p. 2. c. 13. n 9.* Wenn der Conto mit der producirten Rechnung weder in formalibus noch in materialibus,oder der Extract aus den Handels-Büchern mit ihnen nicht überein kömmt. Et ita pronunciarunt Dnn. Scabini Lipf. *Mens. Aug.* 1688. 34 in causa L. Z. und Consorten contra C. S. ventilatâ in judicio mercatorio Lipsiensi, daß Beklagter auff die erhobene Klage/ inmassen sie anbracht / sich einzulassen nicht schuldig / Kläger auch demselben die disfalls verursachte Unkosten / so auff 3. thl. 12. gl. zu mässigen / zu erstatten pflichtig / v. r. w.

Si porrò ex dictis libris qvædam depromuntur,qvæ non mercantiam, sed alia negotia concernunt, de hisce aliisqve nævis, videri possunt Mev. *ad Jus Lubec. d. l.* Trentacinqv. *all. resolut.* Recensitis hisce non possum non ex Rulando *all. l.* afferre in medium, in dictorum li- 35 brorum probatione reprobationeqve dijudicandâ multum arbitrio judicis esse relictum, nec adeo strictè dictis

reqvisitis inhærendum, ut omnia necessariò concurrere debere existimet, unoqve deficiente, omnem illis fidem adimat, modo aliunde intelligere possit, nihil fraudis subesse.

36 Id circo qvæstio moveri potest: Si vitium reperitur in una partitâ libri, an etiam cæteræ vitientur? Dist.
37 hic inter defectum, seu vitiorum genera. Primum genus est, qvando vitium seu defectus est evidens, v. g. si scriptura caret die, vel expressione causæ, vel alioqvo alio simili, ibi liber validus manet in aliis partitis, in qvi-
38 bus non adest iste defectus: Ratio, qvia plures partitæ sunt plura capitula separata: Et in his, qvæ separationem seu divisionem recipiunt, utile per inutile non vitiatur Bart. *in l. græcè §. 3. ff. de Fidejussor.* Cravett. *Cons. 19. num. 5. Cons. 170. num. 1.* Tiraqvell. *de Retract. Convent. num. 145.* Vant. *de nullitat. num. 35.* Rom. *Cons. 66. num. 1.*

Secundum genus est, qvando vitiũ est latens, recipiens probationem extra scripturam, v. g. qvia partita est
39 falsa: Hoc casu totus liber vitiatur. Ratio, qvia idem vitium præsumitur in cæteris aliis partitis, & falsus in uno, præsumitur falsus in omnibus, seu reprobatus in uno, reprobatur in omnibus Paul. de Castr. *Cons. 301. n. 4.* Paris. *Cons. 90. num. 5.* Roland à Vall. *Cons. 92. num. 15.*
40 & semel malus semper præsumitur talis in eodem genere malitiæ *cap. semel malus de Reg. jur. in 6.* Hinc ut scriptura reprobetur, & non faciat fidem, sufficit suspicio falsitatis: Secus verò est in vitio, seu defectu patenti, qvia si scriptura libri in una partita caret reqvisito necessario patenti, non præsumitur, qvod careat eodem in alia partitâ, in qva illud reqvisitum evidenter appositum.
42 Nam probatio, maximè per evidentiam rei, tollit & superat præsumtionem. Qvemadmodum fides Notarii in

in instrumento est indivisibilis, qvamvis instrumentum contineat capitula separata, & est caput ac basis totius scripturæ, ac refertur ad omnia capitula & partitas, adeo, ut si ea labefactata sit, omnia, qvæ continentur, corrupta sint; Et ideo si vitio ipsius sit commissa falsitas in uno capitulo, vitietur totum instrumentum, Innocent. & Anton. de Butr. *in cap. fraternitas de Hæretic.* Bald. *cons.66. num.4. lib.3. & Cons. 228. lib.2.* Mascard. *de probat. Conclus.742. n.4. seqq.* Ita etiam ubi fides scribentis librum in uno capitulo est labefactata, totus liber corruptus redditur. 43

Qvod tamen tum demum procedit, qvando falsitas probatur verè in unâ partita, secus, si esset solùm præsumta, qvia tunc non præsumeretur in aliis; & ideo licet illa partita, qvæ laborat falsitate, præsumtivè non probet, tamen aliæ partitæ, qvæ illâ suspicione non laborant, probant, secundum ea, qvæ refert Mascard *de probat Conclus.742. num.17.* Nam hæc vitia ratione falsitatis interna alias sunt difficillimæ probationis, & propterea nonnisi ex evidentissima causa, monente Joh. Petr. de Ferrar. *in prax. Pap. tit.15. gl.6. num.1.* ad illa deveniendum, qvia qvilibet actus secundum formam suam præsumitur factus *l.5. §.1. ff. de probat.* & concurrentibus in dubio præsumtionibus, semper fortior militat pro instrumento *§.7. Instit. de inutil. stipulat. l. ult. pr. qvod met. caus.* donec argumentis apertissimis probetur contrarium. 44 45 46

Carere etiam debent omni inductione, ac superinductione, aliter contra mercatorem juratur in litem, & eo magis, qvando liber continet repugnantia, Menoch. *Cons.23. num.10. & 17.* Cravett. *Cons. 88. num.6. Cons.134. et tot.* Marqvard. *de Mercator. lib.3. Cap.9. num.39.* 47

48 Rasuræ deniq; cancellationes, apostillæ, marginalia, in loco substantiali facta falsi suspectas reddunt scripturas mercatorum Francisc. Vivius *Dec.* 445. Farinac. *Cons.* 18. *num.* 4. Menoch. *Cons.* 23. *num.* 16. & 17. Cravett. *Cons.* 88. *num.* 6. & *Cons.* 134. *per tot.* Cacheran *Dec.* 117.
49 Nata *Cons.* 633. Christin. *Vol.* 4. *Dec.* 199. *num.* 13. Exemplum refert tanqvam magnum præjudicium Camill. Borellus *in consil.* 23. ubi cessionis chirographum ducatorum circiter viginti millium pupilli à tutoribus erat rasum, & ut rasura non appareret, qvoniam jam visibili vitio aperta erat, supra eam magna maculâ consperſum, qva dies, mensis & annus occlusi, ita ut amplius videri vel sciri non possent, qvam ob causam testes, qvi scripturam illam subscripserunt, simul cum Notario examinati, per Auditorem regium, factam esse rasuram, ac atramento deletionem animo comittendi falsitatem ipsi
50 asseruere. Ut verò falsitatis scripturæ hoc casu redargui possint, tria debent adesse reqvisita, qvæ ad falsitatem conjunctim LL. & Dd. exigunt, qvorum primum est dolus, falsi causa proxima *l.* 16. *ff. de testib. l.* 27. *ff. ad l. Corn. de fals.* sine qvo falsitas non solet committi *l.* 23. *l.* 31. *ff. d. t. l.* 20. *eod.* Tusch. *Conclus.* 90. *num.* 12. *lit. N.* Paris. *Cons.* 169. *num.* 28. *lib.* 4. Menoch. *de A J. Q. lib.* 2. *cap.* 309. *num.* 1. & *de præsumt. præsumt.* 20. *num.* 51. *lib.* 5. Ma-
51 scard. *de probat. lib.* 2. *Conclus.* 739. *num.* 12. Nec dolus præsumtus sufficit, sed amplius probari debet, in dubio enim eror potius qvam dolus præsumitur, inprimis in homine bonæ famæ Tusch. *Conclus.* 91. *num.* 3. *lit. N.* Carpz. *in pract. Crim. p.* 2. *qv.* 93. *num.* 7. Menoch. *de A. J. Qv. cas.* 308. *num.* 8. *lib.* 5. *præsumt.* 20. *num.* 1. Secundum falsitatis reqvisitum est veritatis immutatio *l.* 23. *ff. ad l. Cornel. de fals.* & tertium proximi nocumentum Matth. de Afflict. *Dec.* 21. *num.* 12. Carpz. *d. qv. num.* 10. Paul. de Castro

Castro *lib.*1.*conſ.*130. qvod non tantùm qvoad effectum, ſed etiam qvoad potentiam intelligendum Maſcard. *Concluſ.*70.*num.*13. Bald. *in l. ſi falſos C. de falſ.* Hieron. Gabriel. *in Conſ.*169.*num.*20.*Vol.*1. Menoch. *de A.J.Qv. lib.*2. *Caſ.*306. *num.*33. His ſtantibus tribus reqviſitis ſcripturam falſam poſſe pronunciari, nemo negabit, hoc ſc. effectu, ut pœna L. Cornel. de falſo locum habeat Camill. Borell. *d. Conſ.*23. *num.*1. Matth. de Afflict. *Dec.*404. *num.*8. Carpz. *d.l. num.*14.

Qvod adeo verum, ut etiam raſura modica paucarum literarum ſcripturam efficiat falſam Farinac. *qv.*153. *num.*69. Nec obſtant nobis Maſcard. *lib.*3.*Concluſ.*1254. *num.*10. & ibi allegati Dd. contrarium ſtatuentes, raſuram 53 ſc. modicam minimè vitiare ſcripturam; Nam id aliter explicari neqvit, qvam de loco non ſuſpecto, & non ſubſtantiali, vel qvando ex præcedentibus & ſeqventibus verus verborum colligitur ſenſus Gl. *in cap. cum venerabilis de Relig. dom.* adeo, ut nullum remaneat dubium. Dubium verò non uniuscujusqve eſt admittendum, 54 ſed tantùm ſapientis Menoch. *de Arb. jud. Qvæſt. lib.*2. *Caſ.*187. *num.*41. Maſcard. *de probat concluſ.*1254. *num.*2. *lib.*3.

52

Vitia hæc referuntur aliàs inter vitia externa ſeu vi- 55 ſibilia, qvæ *extrinſecè* hoc eſt primo qvaſi intuitu in ipſo corpore ſcripturæ apparent, ac in oculos incurrunt. Et qvidem (1) cum penna transverſim per literas medias alicujus inſtrumenti in modum crucis ducitur, & tunc 56 documentum iſtud dicitur *cancellatum.* Vel (2) cum in circuitu chartæ penna per literas ducitur, & tunc dicitur 57 *circumductum*; vel (3) cum per literas juxta longitudinem penna tranſit, & tunc perhibetur *inductum.* Vel (4) 58 cum inter unam & alteram lineam voculæ aliqvot inſertæ conſpiciuntur, tunc nominatur *Interlineatum.* Vel 59

(5) cum in margine aliqvid notatum vel adſcriptum,
60 tunc indigitatur *apoſtillatum*. Vel deniqve (6) cum ali-
61 qvid in ſcriptura abradendo correctum apparet, &
tunc *raſum* appellatur, &c. per *rubr. & l. 3. de his qvæ in*
62 *teſtam. del. indic. inſcrib.* His porro accedunt, (α) qvan-
do literarium documentum laceratum, interciſum, vel
muribus corroſum fuerit, ita ut legi neqveat qvid con-
tentum fuerit in parte corroſa *l. 4. §. 1. & l. 16. ad L.* Cor-
nel. de falſ. l. 1. §. ult. de bon. poſſeß. ſecund. Tab. niſi hujus-
modi ſcriptura longo tempore pro verâ ac legitimâ ha-
bita fuerit atqve obſervata; obſervantia enim ſubſecuta
omnem diluit ſuſpicionem Menoch. C*onſ.* 409. *num.* 35.
63 *ſeqq.* (β) Qvando non integris ac legibilibus literis &
verbis, vel inſolitis characteribus aut ſignis exarata ſit
64 ſcriptura *l. 1. §. penult. & l. 2. §. 22. de V. I. E.* Vel (γ) valde va-
rians aut omnino diverſa appareat literarũ ductio in do-
cumento, qvaſi duplici manu foret concriptum, nempe
65 ab uno inceptum, ab alio impletum ac finitum. Niſi fortè
diverſitas iſta ex accidenti v. g. ex calami ſive atramenti
varietate, manusqve propter ætatem vel ægritudinem
defatigatione profecta fuerit; qvæ accidentalis hæc dif-
ferentia ſola, niſi inſuper alia concurrant adminicula,
haud ſufficiens erit ad impugnandam ſcripturam docu-
66 menti. Vel (δ) qvando antiqva ſcriptura in charta no-
va eſt ſcripta; vel qvando charta fumo eſt infecta, ut
appareat antiqva *c. 6. X. de fid. Inſtrument.* Vel (ε) cum
folia addita & de novo conſuta fuerint, ita ut foramina
inveniantur vacua incooperta, qvod ſane ſignum vide-
tur, fila exinde extracta fuiſſe *c. 5. X. de* Crim. *falſ.*

67 Qvod ſi vero prædicta raſura, cancellatio &c. non
eſt in loco ſubſtantiali & ſuſpecto, non perdit liber fidem
ſuam *C. 3. X. de fid. Inſtrument.* Maſcard. *de probat.* Con-
cluſ. 241. *num.* 10. Marant, *ſpec. aur. p. 6. de teſt. product.*
num.

*num.*58. Mev. *Conf.*90. *num.* 13. *seq.* Hinc cum in judicio mercatorio Lipfienfi reus G. B. ex libro mercat. J. L. 68
convent⁹ opponeret, daß bey unterschiedenen Posten/ als *num. &c.* die ausgeworffene Zahlen geåndert/und öfters an stat einer 3. eine 5./ einer 6. eine 8. gemacht / ferner nicht nur unterschiedliche Aenderung/ sondern auch an vielen Posten unterschiedenes ausgestrichen, respondernt Dnn. Scabini Lipfienfes, Menf. Sept. 1692. Daß Beklagtens 69
Suchen wider Klågern gestalten Sachen nach nicht stat hat/ er aber das producirte Marckt-Buch zur Nothdurfft recognofciret/ v. r. w.

Huc etiam referendum, fi à mercatore aut ejus in- 70
ftitore foliorum numerus fuerit immutatus, fortè qvod circa hunc error inciderit, & qvæfitum ex indice inveniri non potuerit. Mutationem enim foliorum numeri ad formam libri, fuppofito illo cafu, & fi aliæ circumftantiæ rectè fefe habeant, non fpectare, qvilibet animadvertit. Idem dicendum de adverfariis mercato- 71
rum, qvi errore reperto, ehe das Memorial in das Haupt übergetragen wird/mutari & contrafcirbi poffunt. Nicol. de Paffer. *de fcript. priv. lib.* 5. *qv.* 38. *num.* 16. Rot. Gen. *Dec.* 1. *num.*37. Menoch. *Conf.*296. *num.*28. & *n.*94.

Sed qv. fi in memoriali pro Aloyfio abfente aliqvid 72
eft fcriptum, qvi fcivit fcriptum & acceptavit expreſsè, an licet mercatori hoc cafu qvod fcripfit, poftea revocare? Menoch. *d. Conf. num.*93. tuetur affirmativam, qvia 73
ex parte mercatoris fcribentis non adfuit ab initio perfectus confenfus, qvod voluerit verè folvere, cum id tantùm annotaverit in memoriali memoriæ caufa, ut deinde deliberaret, an deberet folvere vel non, adeoqve cum in librum magiftralem non transtulerit fcripturam, & promiffionem illam, dicatur facti pœnituiffe. Acce- 74
dit & hoc, qvod fcriptum in memoriali mercatoris nihil

plus

plus operetur ad favorem abſentis, qvam confeſſio extrajudicialis, qvæ qvidem confitenti non præjudicat, & qvandocunqve revocari poteſt *l. 6. §. 3. ff. de Confeſſ.*

75 Verùm, Contrarium hic potius aſſerendum: Nam ipſe mercator, qvi mandato Titii ſe aliqvid debere, ſoluturumqve eſſe Aloyſio abſenti ſcripſit, qvi tamen Aloyſius ſcivit ita ſcriptum, & acceptavit expreſſè, ſpopondit eidem ſe ſoluturum qvantitatem conſcriptam, & faſſus eſt ſe illius eſſe debitorem, ergo in præjudicium Aloyſii, cui jam dicta promiſſio facta fuit, non licet ipſi amplius pœnitere, ne is alias remaneret deluſus, dum certò ſibi perſvaderet qvantitatem debitam ſe conſecuturum.

76 Nec movent hic rationes in contrarium à Menochio allatæ. Nego enim qvod ab initio non adfuerit ex parte mercatoris ſcribentis perfectus conſenſus, qvod verè voluerit ſolvere, nec officit, qvod id tantùm annotaverit in memoriali memoriæ cauſa, ut deliberaret deinde, an deberet ſolvere vel non, cum annotaverit duntaxat memoriæ cauſa, animo poſtea transferendi in codicem ordinarium; Qvod ſi poſtea hoc non factum, non debet id præjudicare Aloyſio creditori, cui jam promiſ-
77 ſio facta fuit. Ex legis enim & hominis præſumtione colligendum, promiſſionem fuiſſe firmiter & ſolenniter factam *l. ſciendum, 30. ff. de V. Obl. §. ſi ſcriptum inſtit. de inutil. ſtipul.* Frider. Mantic. *de tacit. & ambig. Convent. lib. 14. tit. 20. num. 41.* Menoch. *de præſumt. lib. 3. præſ. 41.*
78 *num. 5. & 6.* Accedit vis ſcripturæ, in qvam redacta eſt illa promiſſio. Iſta enim non tantum enixum & plane deliberatum animum indicat, ſed etiam efficit, ut qvod nudo pacto conventum, plenè & efficaciter obligatorium fiat *arg. l. potens C. de pact. l. 8. ff. de Oblig. & act. l. 17. C. de fid. inſtrument.* Ludov. Molina *de J. & J. tom. 2. Diſp. 260. num.*

num. 3. Jacob. Schultes ad Modeſtin. Piſtor. *p.* 1. *qv.* 48. *num.* 13. Nec obſtat, qvod memoriale, uti antea dictum, poſſit mutari & revocari? Reſp. hoc procedere tum minimè, qvando is, in cujus favorem ſcriptum eſt, ſcivit qvod ſcriptum fuit, & acceptavit expreſsè. Et licet ſcriptum in memoriali mercatoris idem operetur ad favorem abſentis, qvod confeſſio extrajudicialis, ut vult Menoch. *all.l.* notum tamen eſt, ejusmodi confeſſionem 80
parte præſente & acceptante adeo plenè probare & contra ſcribentem fidem facere, ut neqveat amplius poſtea revocari Maſcard. *de probat. Concluſ.* 346. *per tot.* Carpz. *p.* 1. *c.* 16. *Def.* 21.

Deniqve hic non omittendum, fidem librorum mer- 81
cat. non imminui, licet ſint vetuſti, uſuqve qvotidiano aliqvo vitio externo affecti: Vetuſtis enim documentis maximam, eamqve optimam probandi ineſſe vim, eſt notiſſimum conf. Rutg. Ruland. *de Commiſſar. cap.* 11. *num.* 4. Barboſ. *Theſaur. Loc. Commun. lib.* 1. *cap.* 69. *Ax.* 3.

CAP. XV.

DE AFFINIBUS.

SUMMARIA.

Libris mercatorum qvodnam probandi genus affine, num. 1.

Literæ inter mercatores plenè probant, num. 2.

Per literarum acceptationem conſenſus inducitur, num. 3.

Qvando mercatores non videantur augere vel minuere ſummam qvantitatis confeſſæ, n. 4.

Literæ hæ etiam probant contra tertium & pro eodem. n. 5.

Literæ commendatitiæ regulariter non obligant, num. 6.

Actus agentium ultra eorum intentionem non operantur, n. 7.

Literæ commendatitiæ qvando obligent, n. 8.

Adducitur Deciſio Elect. Sax. n. 9.

Si mercator est, cui qvis commendatur, literæ commendatiæ obligant, num. 10.

In mercatoribus reqviritur fides exuberantissima, num. 11.

Adducitur statutum Lubecense, num. 12.

Scripturæ mercatorum paratam habent executionem, num. 13.

Hoc de jure Civili secus, num. 14.

Instrumenta mercatorum, cautiones, chirographa &c. fidem habent, ita ut statim executioni mandentur, n. 15.

Adducuntur varia statuta, num. 16.

Literæ Cambiales tantam habent vim probandi, ut parata illis tribuatur executio, num. 17.

Mercatores de consvetudine utuntur signo seu marcâ, n. 18.

Signis seu marcis dominium probari, putat Lucas de Penna, num. 19.

Ampl. ut res signum meum habens mihi debeat restitui, n. 20.

Et mercatori permissum rem signum suum habentem propriâ autoritate occupare, n. 21.

Contrarium statuit Stracha aliiqve Dd. ex illis signis præsumtionem induci, n. 22.

Signum regulariter ostendit signatum, n. 23.

Sarcinæ sive bullæ eorum esse præsumuntur, qvorum marcâ sunt impressi, num. 24.

Qvando signatura mercatorum translationem possessionis & dominii operetur, num. 25.

Signo seu marca probatur, qvo nomine socius contraxerit, n. 26.

Sigilla mercatorum probant citra subscriptionem, n. 27.

Inter affinia referuntur tesseræ, qvæ triplicis generis, n. 28.

Hodie etiam datur peregrinantibus schedula testimonii causa, num. 29.

Qvid sint schedulæ seu chartæ incisæ, num. 30.

Hujusmodi schedulæ juramento suppletorio interdum confirmandæ, num. 31.

Describuntur bacilli fissi, sive tesseræ ligneæ, num. 32.

Bacilli illi fidem merentur, & paratam executionem habent. num. 33.

In probationibus consvetudo loci attendenda, num. 34.

Qvod etiam obtinet in bacillis fissis & schedis incisis, num. 35.

Adducitur Reformatio Francof. num. 36.

In nonnullis locis schedulæ incisæ planè sunt interdictæ, num. 37.

Adducitur Ordinatio Brandeburg. num. 38.

Confessio parte absente facta ad obligandum inter mercatores plenam facit fidem, num. 39.

Curia mercatorum æqviparatur æqvitati canonicæ, num. 40.

Expen-

PAucis adhuc aliud in curiâ mercatorum consvetum, librisqve hactenus memoratis affine qvoddam probandi genus, qvod fit per literas, per signa seu marcas, fasciculis & ballis mercatorum impositas, & id genus alia, lubet afferre. Literæ igitur si confessæ sint & agnitæ, plenè probant, uti Dd. communiter statuunt, cum habeant vim publicorum documentorum & hoc potissimum consvetudine in illis locis, in qvibus viget maxima mercium & negotiorum freqventia Rot. Gen. *Dec.* 2. *num.* 9. Zabarell. *cons.* 153. Rota Gen. *Dec.* 74. *num.* 2. *& decis.* 126. *num.* 8. *Dec.* 142. ubi *num.* 3. hoc de literis qvas vocant AVISII afferit. conf. Vincent. Honded. *Vol.* 2. *Consult.* 39. *num.* 7. Robert. Marant. *in spec.*

(margin numbers: 1 beside first line; 2 beside "tas, & id genus alia")

aur. part. 4. dist. 9. Stracha *qvomod. in caus. mercat. proced. num. 13. cum seqq.* Cum qvo coincidunt statuta Hamburgensia *p. 1. tit. 30. art. 4.* Et per literarum ac-
3 ceptationem in dubio consensus inducitur, ac per consequens actio mandati Paris. *Cons. 91.* Raphaël de Turri *Disp. 1. qv. 19. num. 10. 11.* Menoch. *de præsumt. lib. 3. præsumt. 65.* Cepoll. *caut. 9.* modo legeritis, qvi acceptavit, *Dd. in l. si filius ff. ad SCtum Macedon.* vel tantum temporis effluxerit, qvô legere potuerit, qvod inter mercatores sufficere putat Anton. Gabriel. *Comm. Conclus. lib. 88.*

4 Notandum verò hic, qvod mercatores, qvi per literas significant, se debere decem vel plus vel minus, prout in codice rationum continetur, non videantur ex hoc augere vel minuere summam qvantitatis confessæ
5 Strach. *de adjecto p. ult. num. 33.* Imo, si hæ literæ loqvantur dispositivè, etiam contra tertium & pro eodem, qvando materia id patitur, probant Althus. *lib. 3. Dicæol. cap. 43. num. 13.* Mascard. *de probat. Conclus. 630.* Menoch. *de Arbitr. judic. qvæst. cas. 94. num. 24.* Boër. *Dec. 333. num. 8.* Ruland *de Commissar. lib. 5. cap. 14.* Frider. Mindan. *de process. & mandat. judic. lib. 2. cap. 70.*

6 Solent & mercatores literas sæpe commendatitias scribere, unde qvæstio exoritur, an probent & obligent? Resp. regulariter qvod non, qvia commendationis verbo nihil aliud continetur, qvam ut is, cui qvis commendatur, humanitatis & benevolentiæ officia commendato præstet, eumqve adjuvet Bald. *in l. si literas num. 3. C.*
7 *mand.* Hering. *de fidejussor. cap. 18. num. 10.* Actus ergo agentium ultra eorum intentionem nihil operantur *arg.*
8 *l. 19. de R. Cr.* Limitatur vero, si ex circumstantiis & verbis mens ac voluntas obligandi appareat, veluti si qvis scripserit: Adhibe ei plenam fidem meo periculo *l. 12. §. 13. ff. mand. l. ult. verb. nisi specialiter C. qvod cum eo, qvi*

in

in alien. pot. Sigism. Finckelthauſ. *Obſ. 6.* Idem eſt, ſi commendans alii perſvadeat talibus verbis: *Fide ei tanquam viro bono, & apud qvem nihil eſt periculi:* Aut *ego faciam, ut tibi creditum rurſus ſolvatur, aut ſis extra periculum* ac ſimilibus. Tunc enim perſvaſor propter hæc verba, ſi debitor ſolutionem præſtare neqveat, de creditâ ſumma aut mercibus tenetur, & ad ſolutionem compelli poteſt. Id qvod dilucidè exprimitur Deciſ. Elect. Sax. *42. verb.* Wenn einer vorſetzlich und wiſſentlich eine 9
ſolche Perſon/ſo keine Mittel zu bezahlen/rühmet/und andere Leute ihm/als einem guten Mann zutrauen/und bey dem keine Gefahr ſey/durch ſolch vorgeben zu einem Anlehn oder ſonſten Credit zu geben bewegt/ oder ſpricht/er wolle verſchaffen/daß der Creditor bezahlet werde/oder doch ohne Gefahr seyn ſoll: So ordnen und ſetzen wir/ daß eine ſolche Perſon um dieſer Rede willen/ woferne der Schuldner die Bezahlung nicht leiſten kan/vor die verborgte Summa oder getrauete Waaren haften und gelten ſolle.

Limitatur deinde, ſi mercator ſit, cui qvis commen- 10
datur, isqve rogetur per literas alterius mercatoris, ut tertio aliàs forte ignoto merces ſuas credat: Tum enim damnum ſentiens, illud propter perſvaſionem tertii, rectè à perſvadente repoſcere poteſt. Köppen *Dec. 36. n. 9.* Ratio, qvia ſcribens ſeu loqvens in negotiatione qvâdam videtur velle ipſi in illâ negotiatione plenam fidem adhibendam eſſe. Et generale eſt: In mercatoribus reqvi- 11
ri fidem exuberantiſſimam Herman. Lather. *de Cenſib. lib. 3. cap. 12. num. 65.* Hering. *de fidejuſſor. part. 1. cap. 27. num. 283.* Brun. à Sole *Loc. Commun. verb. mercator, n. 13.* Statutum Lubec. *lib. 3. Tit. 10. art. 1.* qvod ita ſonat: Will 12
iemand einem Fremden ſein Gut nicht verkauffen/ und ein ander ſtehet darbey/ und ſaget/ihr möget es ihme wohl vertrauen/die Bezahlung wird euch wohl. Wird der Ver-

kauffer

käuffer von dem Käuffer nicht bezahlt/ so muß derjenige zahlen/welcher den Fremden loben thut/ dadurch der Verkäuffer verführet worden/ conf. Mev. *in comment. ad hunc art.*

13 Instrumenta porrò aliæqve scripturæ mercatorum tantâ vi probandi pollent, ut multis in locis parata exin-
14 de competat executio. Qvamvis vero de jure Civ. instrumenta qvantâcunqvé fide digna, perinde ut aliæ obligationes simplicesqve stipulationes regulariter paratam executionem non habeant, sed ab actione, proposito ordinario libellò, processus sit inchoandus *l. 1. & 2. C. de Execut. rei judic. l. 9. C. de O & A. l. un. C. de prohib. se-*
15 *qvest. pec.* Excipiuntur tamen hic instrumenta mercatorum privata, qvæ cautiones, chirographa, syngrapha, schedulæ apodissæ vocantur. Hæc enim paratam executionem habere & mandatis sine clausulâ locum facere, communiter obtinet, qvia de antiqvâ consvetudine fides illis tribuitur Mandos. *de Inhibit. qv. 71. num. 10.* ita observatur Florentiæ, Genuæ, Paduæ, Venetiis, Mandos.
16 *d. l.* Ita in archiducatu Austriæ instrumenta & chirographa debitorum, inprimis verò mercatorum, statim mandantur executioni. Gail. *de Arrest. cap. 9. num. 18.* Idem fit in Electoratus & Ducatuum Saxoniæ provinciis, Ordinat. provinc. Sax. *de Ann. 1555.* Tit. von versatzten Brief und Siegel/ ubi ita traditur: Weilen in allen Commerciis und Handlung/ so zwischen Kauffleuten geschehen/ billig nichts höher/ denn Treu und Glaube/ auch Brief und Siegel/ die ein ieder von sich giebet/ sollen bedacht werden/ und gleichwol vielmal befunden wird/ daß ihrer etliche zu ihrer selbst Verkleinerung und böser Nachrede/ sich ihrer klaren schriftlichen Bewilligung weigern: So ordnen wir hiermit/ wo einer seine öffentlichen unläugbaren und unverfälschten Brief- und Siegel/ die keine unehrliche

Zusa-

Zusage in sich halten/vorsetzlich und ohne Ursach nicht nachkommen/ sondern darwider vortheilhaftige Auszüge suchen/und erst darüber erkennen lassen wolte/ daß ihm solches keines weges gestattet/ sondern wider ihn inhalts gegebener Brief und Siegel schleunig soll verholffen/ und keine andere Exception oder Ausflucht darwider zugelassen werden. Concordant. Ordinat. proceſſ. El. Sax. *Tit.* 39. Resolut. Gravam. von Justitien-Sachen/ *§.* 2. *ſeqq. conf.* Coler. *de proceſs. Execut. p.* 1. *cap.* 3. *num.* 212. Jacob Thoming. *Vol.* 2. *Conſ.* 8. *num.* 1. *ſeqq.* Joh. Fichard. *Conſ.* 41. *num.* 12. Dan. Moller. *lib.* 4. *ſemeſtr. cap.* 23. Ita literæ 17
Cambiales tantâ probandi vi ſunt inſtructæ, ut parata illis tribuatur executio. Receſſ. Imp. noviſſ. de Anno 1654. §. Als auch bey den Handels-Städten in Wechsel-Sachen zu Meß-Zeiten und sonsten Casus vorfallen/ da nicht allein nach Kauffmanns-Gebrauch/ sondern auch aller Rechtsgelehrten Meynung nach die parata executio stracks Platz haben solle/ und innerhalb 24. Stunden oder etliche wenig Tagen zu geschehen pflegt ꝛc. Qvod etiam ita ſancitum per Ordinat. *proceſs. mercat. Lipſ.* §. 21. Ordinat. *Cambial. num.* 13.

Succedunt jam ſigna ſeu marcæ: Conſvetudine 18
enim apud mercatores receptum eſt, ut certo ſigno ſeu marcâ ad ſignationem mercium ſuarum utantur. Atqve hisce dominium probari, putant Lucas de Penna *ad l.* 3. 19
C. de Fabri cenſ. Marant. *p.* 6. *de teſt. product. num.* 62. & alii apud eundem. Qvod usqve adeo verum eſſe volunt, 20
ut ea res, qvæ qvandoqve ſignum ſeu marcam meam habuit, omnino mihi reſtitui debeat, licet ſignum abolitum vel deletum ſit, Lucas de Penna *d. l. arg. c.* 51. *ſi in qvalibet* 20. *qv.* 2; Utqve mercatori permiſſum ſit, rem 21
ſeu mercem ſignum ipſius habentem, propriâ autoritate occupare, & ſi animal ſit, reducere Lucas de Penna

d. l. arg. l. 12. C. *de Episc. & Cler. l.* 54. *C. de Decurion.*
22 Sed contrarium statuit Stracha *de Mercat. p.* 2. *num.* 8. & præsumtionem tantùm ex istis signis non qvidem levem induci *arg. cap.* 12. *X. de sentent. excommunic. in* 6. cui accedunt Menoch. *Cons.* 410. *num.* 38. Rot. Gen. *Dec.* 201. *num.* 2. Mascard. *de probat. Vol.* 1. *Conclus.* 160. *num.* 1. Menoch. *lib.* 3. *præsumt.* 64. *num.* 6. Christin. *Vol.* 2. *Dec.* 3. *num.* 2. Alber. Gentil. *lib.* 2. *Advocat. Hispan. cap.* 10.
23 Signum enim regulariter ostendit signatum *l.* 7. *§. idem Tubero ff. de suppellect. leg.* Alphons. de Azeved. *lib.* 5. *Constit. Hispan. tit.* 12. *lib.* 6. *num.* 5. Matth. de Afflict. *decis.*
24 23. *num.* 4. Surd. *Cons.* 61. *num.* 29. Hinc sarcinæ, sive ballæ, ut loqvuntur, eorum esse præsumuntur, qvorum marcæ sunt impressæ Jason. *Cons.* 170. *Col.* 4. *Vol.* 4. Nicol. Boër. *Dec.* 105. *num.* 9. cum ei, cui signum competit, & signatum competere censeatur *arg. l.* 14. *§. fin. ff. de peric. & commod. rei vend.* Zas. *Cons.* 6. *num.* 17. *vol.* 2. Capic.
25 *Decis.* 27. *num.* 45. *in f.* Verùm, signatura hæc mercatorum, si causa præcesserit, & post contractum appositum sit signum, neqve alia præsumtio, qvàm traditionis evidenter appareat, & deniqve marca in præsentiâ alterius partis sit imposita, traditionem ac translationem possessionis & dominii operatur. Salicet ad *l. fin. C. de peric. & commod. rei vend.* Lauterbach. *dissert. de jure in Curia mercat. usit. th.* 357. Brunneman *ad l.* 1. *& ult. num.* 63. *ff. de peric. & comm. rei vend.*

26 Ejusmodi etiam signo seu marca dignoscetur & probabitur, qvo nomine socius contraxerit; solent enim mercatores signo ex consensu sociorũ facto uti, & hoc in libris notare, qvod ad cognoscendum, an nomine societatis aliqvid factum sit, valde prodesse tradit Petr. de Anchoran. *Consult.* 322. *vid.* etiam Strach. *de mercat. p.* 2. *num.* 9.

Sigilla etiam mercatorum probare citra ſubſcriptio- 27
nem, ſi conſtet ſigillaſſe mercatorem, tradit ex Bald. Maranth. *p.6. Si autem prod. teſt. num. 67.* Strach. *qvomod. in cauſ. mercat. de probat. num.* 13.

Inter affinia qvoqve poſſunt referri teſſeræ, qvæ tri- 28
plicis olim generis fuerunt, nempe vel frumentariæ, qvibus exhibentes Romæ frumentum capiebant *l. 52. §. 1. de judic. l. 40. §. 1. de Legat.* 2. vel bellicæ, *l. 2. §. 37. de O. J.* vel deniqve ſecuritatis cauſa legatis dari ſolitæ *l. 8. §. 1. de R. D.* Sicuti etiamnum peregrinantibus ſchedula teſti- 29
monii cauſa, ipſos nempe non ſuſpectos, nec ex loco contagioſo profectos eſſe, dari conſvevit. Faciunt etiam huc ſchedæ vel chartæ inciſæ, qvas Galli & Angli 30
partitas, Germani vero, ausgeſchnidtene Zettel / ausgeſchnidtene Briefe / Kerbzettel vocant, qvæ ſunt ſchedulæ partium conſenſu inciſæ, qvarum alteram pars altera recipit, ut per conjunctionem earum probatio fieri ac veritas inde cognoſci poſſit, vid. Joh. Laurent. Zubrodt *de Comparat. lit. cap.* 11. *§. 16.* Hujusmodi ſchedulæ in- 31
terdum juramento ſuppletorio ſunt confirmandæ, ſicut judicatum refert in Camera, *Anno 1508. 13. Novembr. all.* Zubrodt.

Spectant etiam huc bacilli fiſſi, vulgò Kerbhöltzer / 32
ſive teſſeræ ligneæ, qvæ â Voſſio *de Vit. Sermon. lib. 2. cap. 28.* deſcribuntur, qvod ſint duo ſigilla, qvorum unum ab altero ſic reciſum, ut juncta veterem totius referant figuram &c. Bacilli hi, conſenſu partium compoſiti, licet 33
inter impropria & qvaſi inſtrumenta referantur, Beſold. *in Theſaur. pract. voce* Kerbhöltzer / fidem tamen merentur; teſſeræ enim ligneæ ut qvaſi ſcripturæ probant, paratamqve executionem habent Beſold. *d. l.* Umm. *in proc. D. 23. num. 12.* Qvemadmodum verò in hisce, ut 34
& aliis probationibus & conſvetudo loci, & prudentia &

religio judicantis plurimum faciunt Dan. Moller *lib. 4. Semestr. c. 37. in f.* Rudinger *singul. observat. Cent. 1. obs. 44. & Cent. 3. Obs. 18.*

Ita bacilli ac schedulæ incisæ consvetudine, ac jure qvorundam locorum speciali confirmantur: Sic in Reformatione Francofurt. *part. 1. tit. 31. §. 14. seqq.* de illis ita cautum: Dieweil auch in dieser Stadt/ und fast allenthalben auff dem Lande herum/ sehr gebräuchlich ist unter dem gemeinen Mann/ daß die Contrahenten an stat Brief und Siegel ausgeschnidtene Zettel/ deren iedem Theil einer (etwan auch mit ihren Händen unterschrieben/) desgleichen an stat solcher Zettel Kerbhöltzer/ da der Schuld-Herr den Stock behält/ der Einsatz aber und Gegenwechsel dem Schuldmann zugestellet wird/ mit einander auffrichten. So dann auch dieselben zu der Beweisung von dem Schuldforderer ein- und fürgebracht/ und begehrt würde/ dem Gegentheil sein Gegenwechselbrief oder Kerbholtz auch beyzulegen; so soll solches angenommen/ und darauff der andre Theil angehalten werden/ den begehrten Gegenzettel oder Einsatz auch beyzulegen. Da denn dieselben also fürgelegt und gleichständig gefunden werden/ soll demselbigen vollkömmlicher Glaube zu der Beweisung zugestellet/ auch darauff endlich zu recht erkannt werden. Würde aber der ander Theil keines Gegen-Kerb-Zettels oder Kerb-Holtzes geständig seyn/ noch dieselben fürzeigen wollen; in diesem Fall sollen die Schöppen mit Fleiß erwegen/ in was Wesen/ Herkommen/ Erbarkeit und Glaubens eine iede Parthey sey/ welche auch ihres Fürgebens bessern Behelff und stärckere Vermuthung für sich habe; und also nach fleissiger Ermässung ermeldter und anderer Umständen/ zu ihrer der Schöppen Erkäntniß stehen/ ob einigen und welchem Theil/ Kläger oder Beklagten/ zu end-

lichem

lichem Entscheid der Sachen der Eyd zu ertheilen sey. Doch da ein ausgeschnidten oder Kerb-Zettel beyder Partheyen/ so mit einander contrahiret/subscriptiones und mit eigner Hand Unterschreibung hätte; Ob sich denn gleich der Gegenwechsel nicht finden wolte/oder gar verlohren wäre; so soll dem fürgelegten Zettel vollkömmlicher Glaube zu der Beweisung zugestellet werden. conf. jus Würtenberg. *part.* 1. *tit* 34. von Kerb-Zetteln oder Höltzern.

E contrario qvibusdam in locis ejusmodi schedulæ 37
incisæ planè sunt interdictæ; Sic in der Brandenb.
Onoltzbachischen Amts-Ordnung/ *de Anno* 1580. *Tit.* 16. 38
von Kauff-Contracten/ §. 5. ita statutum: Zum dritten sollen hinfüro alle Kauff- oder ausgeschnidtene Kerb-Zettel/wie man sie zu nennen pflegt/ üm Vermeidung willen allerhand Unrichtigkeit und Zweifel/ bey unsern Unterthanen und Angehörigen hiermit gäntzlich abgeschaffet; und hergegen angeordnet seyn/ es mit Bekräftigung und Sieglung besagter Kauff-Contract zu halten/ wie in angeregtem Tit. 16. verordnet. Wehner. *in observat. pract. voc.* Kerbhöltzer/ Rutg. Ruland. *de Commiß. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 12, *num* 6. Carpz. *p.* 2. *C.* 4. *Def.* 7. Dn. Stryk *in Dissert. de Bacillis fissis.*

Præterea qvoqve confessio parte absente facta, 39
qvanqvam non de jure probet *l.* 6. §. 3. *ff. de Confeß. l. fin. ff. de Interrogat. act.* Bart. *in l.* 31. *coll.* 16. *ff. de jurejur.* Attamen inter mercatores ad obligandum etiam plenam facere probationem, statuit Maranth. *p.* 6. *de test. product num.* 59. Curia enim mercatorum, uti 40
supra dictum, æqviparatur æqvitati canonicæ, at hujus vi confessio parte absente facta ad obligandum plenè probat, cum sola mens videatur sufficere secundum Gloss. *in c. qvoties qv.* 7. & *c. si cautio* 14. *de fid. Instrument.* & testi unico, si adsint alia adminicula, ex eâdem ratione

credi soleat. Rot. Gen. *Dec.* 171. & 42. Strach. *de Navig. num.* 19.

41 Bajulos tandem esse idoneos testes in foro mercatorum, probat Mascard. *de probat.* Conclus. 1357. *num.* 61. qvod etiam in collegio Mediolanensi freqventari testatur d. Rota *Dec.* 121. *num.* 5.

42 Ipsis vero libris mercatorum veluti affines annumerari possunt I. LIBRI PROXENETARUM, Mäckler-Bücher/ qvi qvidem regulariter nihil probant, qvia
43 eorum testimonium inter alios super eo contractu, super qvo fuerunt mediatores, nullam fidem facit Mascard. *de probat Conclus.* 1357. *num.* 36. *Conclus.* 1039. *per tot.* Carpz. *p.* 1. C. 16. D. 71. Struv. *Synt. Jur. Civ. Ex.* 28. *th.* 39. Nicol. *in proc. p.* 1. C. 59. *num.* 33. Brunneman *in proc. Civ. cap.* 20. *num.* 17. Cum enim non credatur vivæ ejus vo-
44 ci, multò minus credendum scripturæ. Aliud tamen obtinet, si proxenetæ à publico sint deputati, & tractatur de his, qvæ spectant ad eorum officium, qvo casu eorum libris plena fides adhibenda. Rot. Gen. *Dec.* 110. *num.* 6. Nicol. de Passer. *de script. priv. lib.* 4. *qv.* 10.

45 Necesse verò est, ut hi libri benè sint compositi: Proxenetæ enim in ipsis referre debent conventiones personarum non perfunctoriè & oscitanter aut obscurè, sed clarè & apertè, item contrahentium voluntates ex fide debent reqvirere & interpretari, & actus sui rationem diligenter conficere, Strach. *in Tr. de proxenet. p.* 2. *num.* 7.

46 II. LIBRI ARGENTARIORUM CAMPSORUM ET BANCHERIORUM. Argentariorum libris retroactis temporibus maximam fidem fuisse adhibitam, con-
47 stat ex *l.* 4. 6. & 8. *ff. de Ed.* Argentarios verò & mensarios idem fuisse, scripsit Budæus *in annotat. ad ff. in l. si hominem,* 7. §. *qvoties* 2. *ff. deposit.* Idqve etiam docuit

Bart.

Bart. *in l.5.ff. de Ed.* Coras. *in l.1.§. prætereà ff. de offic. præf.urb.* licet ab his dissentiat Signor. de Homodeis *in Tract. de antiqv. jur. Roman. c.11. de argentar. & fœnerat.* Argentarii verò isti sui fœnoris ac negotiationis librum 48
rationis conficiebant, qvem qvidem exhibere sive edere tenebantur. Erat enim eorum munus publicum Jas. & Zas. *in l. prætor ait 4.ff. de Ed. vid. supra Cap. IX. num. 9.* Et argentarii isti multorum pecunias argenteas apud se habebant, & mutuatitias sub fœnore dabant. Qvamobrem Cajus JCtus *in l. argentarius 10.§.1. ff. de Ed. argentariorum causam publicam esse,* 49
ait, & ejus sententiam rectè interpretatus est Alciat. *in l. 1. num.14. C. de Ed.* dicens, qvod principalis eorum opera fuerit in pecuniis his suscipiendis & mutuandis, rationes de hoc diligenter conficiendo, ut cognoscerent, qvantum lucri ii, qvi cum aliis negotia tractabant, habere deberent. Qvos hodie in Italia & Venetiis Bancos, 50
in Hispania verò Cambios appellant.

Qvorum Campsorum codicibus tam pro illis, qvam 51
etiam contra illos ac etiam contra tertium, cujus gestum est negotium, credendum esse voluit JCtus Gajus *in l. argentarius 10. in pr. ff. de Ed. ibi: Nec interest cum ipso argentario controversia sit, an cum alio, frustra enim cogeret prætor argentarium edere etiam contra se, nisi illi tertio fides libri nocere posset.* Idqve in Bancheriorum Neapolitanorum libris servari testatur Decis. Genuens. *38. n. 2.* ubi libris Bancheriorum etiam in his parcellis, qvæ scriptæ sunt in eorum favorem, fides adhibetur. Neqve 52
mirum, cum eorum fides de publico fuisset approbata *l. qvædam 9. §. nummularios 2. ff. de Edend.* ubi Bart. Menoch. *lib.2. arbitr. jud. Qv. cas.91. num.8.*

Qvod ipsum tamen locum non habet in Campsori- 53
bus & Bancheriis nostri temporis, qvi autoritate publicâ

non

non utuntur, nec ita ſolenniter gerunt officium campſoris, ut olim faciebant argentarii. Adeoqve illorum libris non creditur plenè pro illis, ſed arbitrio judicis Menoch. *d. Caſ. 91. num. 19.* Nicol. de Paſſer. *de ſcript. privat. lib. 4. qv. 261. num. 8.*

54 Qvid juris circa LIBROS USURARIORUM ET JUDÆORUM, etiam dicendum. Uſurariorum libri regulariter contra ipſos plenam faciunt fidem, *Clement. 1. §. 1. qvæſt. 6. ff. de Uſur.* Maſcard. *de probat.* *Concluſ. 976. n. 14.* Riminald. *Conſ. 567. num. 95.* pro ipſis vero & in eorum favorem nulla gaudent fide Maſcard. *d. Concluſ.*
55 *num. 14.* niſi adverſarius peteret ſibi librum illum edi, tunc etiam pro ipſo uſurario contentis in eodem libro, ſtandum eſſet Gl. *in d. Clement. 1. §. 1. de uſur.* Maſcard. *d. Concluſ. 976. num. 15.*

56 Et qvanqvam aliàs arma regulariter non ſint ſumenda de domo rei *l. nimis grave 7. C. de teſtib. l. 1. C. de*
57 *Ed.* nihilominus uſurarius conventus proprios libros ſuarum rationum tenetur edere actori petenti, ad fundandum ejus intentionem *Clement. un. §. cæterum de uſur.* & ibidem Zabarella *in 4. notab.* Anchoran. *num. 2.* Abbas *num. 8.* Philipp. Franc. *in c. qvanqvam num. 5. de Uſur. in 6.* Alex. *in l. 1. num. 2. & l. fin. num. 17. C. de Ed.* Purpurat. *ad d. l. 1. num. 19. C. de Ed.* Auguſtin. Barboſ. *in Collectan. ad d. Clementin. un. de uſur. §. cæterum. num. 1. & n. 6. vid. ſupr. Cap. 9. n. 5.*

58 Nec obſtat hic vulgata illa juris regula, qvod nemo cogatur edere, ubi agatur de ſuâ turpitudine detegenda *l. 18. ubi gl. ff. de jurejur. l. 2. §. 1 ff. de jure fiſc.* Reſpond. enim primò ſpeciale hoc eſſe introductum odio fœneratorum, ut cogantur edere, etiam ubi agatur de ipſorum turpitudine detegenda, qvam ſemper occultare nituntur, cum ut plurimum, contractus uſurarios ita occultè

occultè ineant&dolosè,ut vix convinci possint de usurariâ pravitate, prout loqvitur all. *Clement. un. §. cæterum de Usur.* Deinde responderi potest, qvod qvando petitur editio ex forma d. Clementinæ, jam detectum sit crimen ipsum usuræ, cum debeat tantum constare summatim,ut sit locus d.Clementinę,eum,à qvo petitur editio, usurariæ pravitatis labe esse infectum, uti ex Joh. Andr. Bald. & aliis docet Dec. *in cap. 1. de probat.* & Nicol. de Passer. *de script. privat. lib. 4. Qv. 28. num. 15. 16.* Atqve hæc conclusio, usurarium libros rationum suarum actori petenti edere teneri, ampliatur ut procedat non solùm adversus ipsum usurarium, sed etiam adversus ejus heredem, ut tradit *Gl. in §. d. Cæterum* & plures Dd. congesti à Jacob. Menochio *de præsumt. lib. 6. præsumt. 61. num.* 10. item, non solum debeat edere codices rationum, sed etiam omnem schedulam & omnem scripturam privatam,ut innuit Gl. *in d. §. Cæterum.* Angel. *in l. si qvis ex argentariis §. rationem in f. ff. de Ed.* Alex. *in d. l. 1. num 5. C. de Ed. ubi* Jason *num. 11.* purpurat. *num. 22.* Abbas *in cap. 1. num. 6. X de probat.*

59 (margin, beside "Deinde responderi potest")

60 (margin, beside "rum actori petenti edere teneri")

61 (margin, beside "item, non solum debeat edere codices")

62 Ut vero hæc, qvæ de usurariis sunt dicta, sibi locum vendicent, tria necessariò debent concurrere, qvorum primum, ut constet aliqvem esse usurarium: qvia nemo talis præsumitur, nisi ab allegante probetur, & juri consentaneum est, ut anteqvam qvis cogatur edere, cognoscatur prius, an sit usurarius, ut tradit Purpurat. *in l. 1. n. 23. C. de Edend.* Qvo pacto autem probetur aliqvem usurariam pravitatem exercere, docent Mascard. *de probat. Conclus. 1425.* & Cardinal. Mantica *de tacit. & ambig. Convent. lib. 8. tit.* 19. Deinde reqviritur, ut agatur de causa usurarum, si enim ageretur de aliâ causâ vel contractu, qvi usuras non respiciat, utiqve odium, propter qvod ad editionem compellitur, cessabit Pacian. *de probat. cap. 63. n. 76.* Tertiò & ultimò reqviritur, ut constet

usurarium libros rationum confecisse, ex qvorum tenore possint usuræ probari.

63 Sed si negaret, se confecisse libros, an standum de hoc ejus juramento? Pacian. *all. cap. 63. num. 78.* distingvit. Aut per conjecturas seu per publicam vocem & famam constat, talem usurarium esse solitum scribere rationes, & tunc non stabitur ejus juramento: Aut verò de rationibus scriptis nullæ adsunt conjecturæ, nec ulla fama constat, & tunc ipsius juramento standũ esse affir-

64 mat. Qvid si verò usurarius conscripserit libros, reqvisitus autem ad eorum editionem asseveraverit, se eos amisisse, an ipsi fides habenda? Resp. negando, cum tractetur de ipsius lucro & præjudicio aliorum, adeoqve non liberatur ab obligatione edendi, nisi probet amissionem ipsorum librorum Pacian. *d. cap. 63. num. 81. cum seqq.*

65 JUDÆI qvoqve seu HEBRÆI tenentur ad ad exemplum usurariorum ad edendos codices rationum actori ad fundandam suam intentionem, ut expresse constitutum in *d. Clement. un. §. cæterum,* ubi Glossa verb. *censura* decisionem ejus extendit ad judæos, & ibidem Zabarell. *qv. 8. column. fin.* Joh. de Im-

66 mola *num. 19.* Bonifac. Vital. *num. 72.* Aretin. *Cons. 157. num. 5.* Jas. *in l. 1. num. 9. C. de Ed.* Pacian. *d. cap. 63. num. 85.*

Et licet Andr. Fachineus *lib. 11. Controvers. cap. 87. in f.* proclivior sit in contrariam sententiam, & maximè, qvando judæi usuras non exercent, tunc illos adstrictos non esse actori edere ad fundandam ejus intentionem, illâ ductus ratione, qvod ipsi utantur jure Romanorum *l. Judæi C. de Judæis;* Adeoqve meritò, inqvit, non tenentur edere ad fundandam intentionem, sicut cæteri non tenentur *l. 1. C. de Ed.* Sed huic respondet Pacian.

d. cap.

d. cap. 63. num. 86. his verbis: *Sed qvando judæus non* 67
exercet usuras, major est dubitatio, nec Doctores aperiunt, an sit obligatus edere actori, ad fundandam ipsius intentionem, in qvo juris articulo mihi videtur dicendum, Hebræum esse obligatum ad editionem duabus de causis: prima est, qvia si nauta, caupo, stabularius, aut aliæ similes personæ secundum communem opinionem tenentur edere actori, qvia jura de illis malè præsumunt, multò magis deberent Hebræi cogi ad edendum, cum de illis jura pejus præsumant, qvam de aliis, & sint pejores & detestabiliores omni alio malarum personarum genere. Deinde & hanc ratio- 68
nem adducit Pacian. qvia qvod reus non edat actori, id fuerit ex æqvitate ita provisum *d. l. 1. C. de Ed.* sed æqvitas judæis suffragari non debeat secundum Jas. *in l. si post tres num. 4. ff. si qvis caut.* & Socin. *in Cons. 63. num. 17.*

Verùm, qvia judæis non potest negari, qvod jus ex 69
naturâ sui hominibus in universum concedit, cum cognationem qvandam inter homines natura constituat *l. 3. ff. de J. & J.* Jura, sine qvibus societas humana contineri non potest, ab illa secernere non licet Francisc. Connanus *lib. 1. cap. 1. num. 10.* Sed Justitia omnibus, sive 70
sint Christiani, sive Judæi, est administranda. Petrus Surd. *Dec. 133. num. 3.*

Licet enim persona Judæi sit odiosa, adeo, ut judæ- 71
um esse, crimen & delictum, ex eo, qvod reprobatam superstitionem proseqvatur, habito in primis respectu ad ipsum Deum & æternam pœnam *arg. l. 1. C. de SS. Trinit.* Qvoad judicem tamen & forum humanum hodie non 72
punitur, uti colligitur ex *t. t.* C. *de Jud. & X. eod.* ubi multa ipsis permissa reperiuntur, nec aliqva pœnâ temporali ob Judaismum mulctantur Paul. Paris. *Vol. 4. Cons. 2. num. 1. seqq.* Imo, contra cujusvis privati læsionem tutos 73

eos esse, vel ipsum juris naturalis præceptum, qvod neminem lædere permittit, evincit. In specie verò ipsis provisum est in *l. 14. C. de pagan. cap. 9. X. de Jud. & in*
74 *Recess. Imp. de Anno* 1548. 1577. *Tit.* 20. Hinc illorum dubitatio vana erit, qvi æqvitatem, secundum qvam omnes leges ab initio à legislatore constitutæ sunt, ipsis denegant, qvoniam leges non sunt, nisi æqvæ *arg. l. 90. ff. de R. J.*

75 Judæorum libris ex privilegio Papæ plenissimam esse fidem adhibendam contra christianos, tradunt Joseph. Ludov. *Conclus. 29.* Vivius *Dec. 445. num. 4.* Marqvard de Susann. *Tract. de Jud. & infid. p. 2. cap. 5. num. 15.*
76 Sed anne Pontifex tale privilegium illis indulgere potest? Affirmabunt forte sectatores ipsius, qvi pleraqve summi pontificis arbitrio permittunt, ita ut contractum aliàs usurarium declarare possit in non-usurarium, & omne jus etiam divinum, ampliare sine principum aut Imperatorum præscitu & consensu, vid. Amad. à Ponte
77 apud Anton. Tessaurũ *Dec. 75.* Verùm hypothesin hanc esse falsam, diu est demonstratum. Hinc ejusmodi statutum in favorem Judæorum conditum damnat Alex. *lib. 2. cons. 3. vers. & si fas est dicere*, & Cravetta *Tr. de antiq. temp. p. 1. vers. script. priv. num. 29.* pro iniqvo, irrationabili ac inhonesto habet, qvod credatur judæo infami contra christianum.

78 Nec qvicqvam juvant judæos privilegia alia, qvæ pro se adducunt, in primis illud Caroli V. 3. April. 1544. Spiræ ipsis datum, & à Rudolpho, II. Vratislaviæ 1577. confirmatum, qvo ipsis fuit concessum, aliqvando majores, qvam quincunces usuras exercere. Illud enim sub- & obreptitiè impetratum constat inde, qvod rationes in eo adductæ sint falsæ, parum enim vel nihil est, qvod in Imperii censibus plus conferant, & antiqviora eorum

privi-

privilegia publicis Imperii Receſſibus, in primis *Franco-furt.* de *Anno* 1577. abrogata & ſublata reperiuntur.

Rectius hic circa qvæſtionem, an libri judæorum probent, atqve hi ad juramentum ſuppletorium admit- 79
ti poſſint? Diſtingv. Aut judæo res eſt cum Chriſtiano, aut cum alio judæo. Priori caſu negatur, non propterea, qvod circa judæos ſervandus ſit rigor, ſed potius, qvod juramentum hoc fungatur vice teſtium *arg. l f.* C. *de fideic.* Notum autem, qvod perſona, qvæ repellitur à teſtimonio, debeat qvoqve repelli à juramento ſupple- 80
torio, atqvi judæi, tanqvam viles & ſubleſtæ fidei homines contra Chriſtianum regulariter teſtimonium perhibere non poſſunt. *l. 20.* C. *de Hæret.* qvia uſurarii & viles perſonæ ſunt, qvæ à teſtimonio dicendo arcentur, *l. 3. §. 5. ff. de Teſtib.* Accedit odium, qvo Chriſtianos perſeqvun- 81
tur, cujus ratione contra Chriſtianum teſtificari ipſis non permittitur, & qvi divina teſtimonia non ſeqvuntur, pondus humani teſtimonii perdiderunt, *c. ipſa pietas 2. qv. 34.*

Qvod nonnulli Dd. extendunt ad Judæum, nuper ad fidem converſum, ex ſimili de inimico reconciliato, qvi teſtis eſſe prohibetur *c. accuſator 3. qv. 5.* Videtur 82
tamen odium in judæo eſſe purgatum, baptismate ſponte ab illo ſuſcepto, ideo ceſſante cauſa odii, ceſſat odium, & propterea is à teſtimonio non rejiciendus, qvod Judæus Chriſtianus factus non ſit contemnendus, ſed commendandus Alber. de Roſate *in Dictionar. in verb.* 83
Judæus. Aliud dicendum de eo judæo converſo, qvi uxorem vel filios in judaicâ ſuperſtitione habet, qvos ad chriſtianam religionem traducere negligit; arguitur enim tunc amor & affectus erga Judaiſmum, eumqve adhuc approbare præſumitur. Porro jura- 84
mentum ſupplet. non defertur, niſi ei, qvi omni exce-

ptione major, & nullum patitur defectum Surd. *Conſ.* 122. *num.* 35. Setzer *de jurament. lib.* 4. *cap.* 12. *num.* 24. *ſeq.* qvalis judæus non eſt *l. fin.* C. *de Jud.* & *c. cum ſit X. eod. vid. ſupr. pag.* 154. *num.* 157.

85 In Camerâ qvidem Imperiali contra dictum jus commune judicatum, & judæo jusjurandum tale in cauſa Hans Weinſchencke/ contra Berl. Juden delatum, notat Mynſ. *Cent.* 5. *obſ.* 6. ſed ſtylum hunc in cauſis Judæorum obſervari, ſe non vidiſſe teſtatur D. Stamm. Aſſeſſor Cameræ, uti ex eo refert Dieteric. *de ſtatu Judæorum, cap.* 6.

86 Limitare verò hoc ſolent Dd. in cauſis, qvando Judæus contra Chriſtianum, de Judaiſmo ſuſpectum, aut judaicam pravitatem manifeſtè exercentem, deſiderat in ſupplementum jurare, qvoniam tunc ejusmodi farinæ Chriſtianus qvoad iſtud privilegium pro Judæo habetur. Gratian. *Tom.* 5. *c.* 842. *num.* 7. Concedi item ſolet, ſi judæus plus qvam ſemiplenè probaverit Berl. *p.* 1. *Concluſ.* 54. *num.* 67. Menoch *de A. Jud. qvæſt. lib.* 2. *cap.* 190. Deckherr *vot. Camer. Relat.* 19. *num.* 32.

87 Poſteriori caſu, cum inter duos Judæos cauſa agitur, qvin tunc rectè ſuppletorium deferri poſſit judæo, nullum eſt dubium, qvia hæreticus contra hæreticum, teſtis eſſe poteſt *l.* 12. C. *de Hæret.* & *c. ſi hæreticus* 2. *qv.* 7. Nec adeſt hic illud odium, qvod adeſt contra Chriſtianum, inde nihil obſtat, cur ſuppletorium inter ipſos admitti non debeat. Stephan. Gratian. *diſc. forenſ. tom.* 5. *cap.* 842. *num.* 9. *ſeqq.*

88 III. LIBRI INSTITORUM ſeu FACTORUM. Eſt verò inſtitor, qvi à domino vel ejus vices gerente, negotiationi qvæſtuariæ univerſaliter adminiſtrandi gratia eſt præpoſitus; ſive qvi ex commiſſione domini negotiationem qvæſtuariam adminiſtrandi poteſtatem habet

l. 5.

l.5.pr.§. & *seqq. l.11.§.6.l.16. l.18.ff. de Instit.act.*Paul.de Castro, *in l.3.num.1. eod.* Rot.Genuens. *Dec.14.num.1.* & 2. Paul.Christin.*Vol.3.Dec.33. num.3.*

Institores & *factores* & *actores* appellantur Capic. 89 *Dec.180 num.3.* Zanger *de Except.p.2.cap.1.* Wesenbec. *in ff.h.t.num.1.* Qvamvis Treutler *Vol.1. Disp.24. th.7.lit. E. Factores* semibarbarè sic vocari contendat.

Dupliciter autem aliqvis institor constituitur, Expressè & tacitè; Expressè constituitur,cum Mevius inqvit Cajo expressis verbis his: Facio te institorem 90 meum. His enim verbis Cajus videtur esse præpositus qvibuscunqve negotiis, qvibus antea Mevius dominus uti solebat *l.8. ff. qvod cum eo.* Tacitè præpositus 91 censetur ex eo, qvando domino seu principali sciente & patiente pro tali publicè habetur *arg. l.1. §.5. ff. de Exercit. act. l.18. mand. l.7. §.11. ff. ad SCtum Macedon.* Raphaël de Turri *Tr. de Camb. Disp.3. qv.7. num.33.* Rot. Genuens. *Dec.14. num.4.seqq.* Joh. Bapt. Costa *tr. de fact. scient.* & *ign. inspect.43. num.2.* Sic enim Bart. *in l.1. §.familiæ inf.ff. de publican.* & *vectigal.* ait: Probatur aliqvem ad aliqvod officium præpositum 92 eo ipso, qvod officium exerceat domino sciente. Id qvod summa ex ratione introductum,ne cogantur ii, qvi cum hujusmodi personis contrahunt, probare veram ipsam ac expressam præpositionem, vel si non adsit, ne contrahentes facilè decipiantur Ronchegall. *in l.eandem 9.in pr.ff. de duob. Rec. num.135.*

Qvamvis autem institor seu factor alieno nomine 93 contrahat, proprio tamen nomine regulariter conveniri neqvit *l.fin.ff. h.t.* Sicut enim Dominus commoda sentit ex gestis institorum, ita etiam obligatur & convenitur ex eorundem contractibus, *l.1. in pr.ff. d.l.* Mev.

tit.

tit. 6. art. 5. num. 1. & seqq. de Emt. Vendit. Statut. Lubec.

94 Hoc autem procedit, (1) si institor seu factor generale mandatum in promovendis mercantiis vel negotiis cum liberâ habet, Joh. Köppen *Dec. qv. 21. num. 1.* Secus verò si agitur de eo ministro, qvi nullum de tali negotio tractando e. g. mutuò sumendâ pecuniâ, aut aliter contrahendo, mandatum habet, sed proprio motu, nomine domini chirographum dat Joh. Köpp. *d. qv. n. 3.* (2) reqviritur ad obligandum præponentem, ut in causam seu negotium commissum contraxerit institor. Non enim ex omni causa Prætor dat actionem in exercitorem, sed ejus rei nomine, cujus ibi præpositus fuerit

95 *l. 1. §. 7. ff. de Exercit. act.* præpositio eum certam legem dat contrahentibus *d. l. 1. §. igitur præpositio d. l.* Loccen. *de jure marit. lib. 3. c. 7. §. 5. 6.* Secus ergo, si in aliam causam, qvam ipsi commissum *l. 1. §. non autem ff. de exercit. act.* Ut si factor extra commissionis limites merces ad transferendum pro certâ provisione missas pignori daret; qvo casu oppignoratio tanqvam rei alienæ, & in aliam causam, qvam ipsi commissum, facta, planè est invalida.

96 Præpositus autem censetur institor seu factor non tantùm illis, qvorum in ipsâ præpositione expressè est facta mentio, sed etiam illis, qvæ ad illorum executionem sunt necessaria vel utilia Rot. Genuens. *Dec. 14. num. 19.* Hinc si ad merces emendas præpositus, pecuniâ à Domino non acceptâ ab alio mutuum acciperet, etiam exinde contra præponentem daretur hæc actio *l. 5. §. 13. ff. h. t.* Lauterbach. *Tract. Synopt. Tit. de Instit. act. §. 2.*

97 *num. 3.* (3) Ut nomine præponentis negotium gesserit per *l. 1. & 6. §. 1. ff. de Negot. gest.* Confessio enim institoris & procuratoris etiam in chirographo facta non probat

bat regulariter, nec domino, seu præponenti nocet, nisi ipsa præpositio, & cujus nomine venditio à tertio institori facta sit, aliunde sc. per famam, instrumenta, & libros rationum probetur, Mascard. *de probat. Conclus.* 369. *n.* 6. *seq.* Köppen *Dec.* 11. *n.* 2. h. e. Daß auf des Principalen Credit und Rechnung der Verkauff geschehen/ und daß nach itzigen Kauffmañs-stylo der Verkäuffer solches dem abwesenden Käuffer (so ferne auff Zeit gekaufft) für dem Verfall-Tage notificire; oder auch von dem Factoren einen Schein nehme/ auff welches Rechnung solches gekaufft. Marqvard. *de jure mercat. lib.* 1. *cap.* 8. (4) ne in majorem summam contrahat, qvam sit necesse, v. g. ne major summa, qvam ad negotiationis actum sit necessaria, mutuò sumatur, Alex. *Cons.* 44. *lib.* 2. *Dd. in l. fin. ff. de exercit. act.* Rot. Gen. *Dec.* 24. *num.* 100. *seqq.* Existentibus his aliisqve reqvisitis, qvi præposuerunt factorem, tenentur ex contractu illius.

Qvibus præmissis qv. An libro rationum institoris plena fides contra dominum adhibeatur? Affirmant Cravett. *de antiqvit. temp. vers. limitatur* 4. *num.* 30. & 31. Joseph. Ludovic. *Conclus.* 29. *p.* 27. *col.* 1. *ampl.* 17. qvia institoris fides censeatur approbata à præponente, 98
modo ille faciat id, qvod de jure vel ex consvetudine facere tenetur, & scribat verisimiliâ, ac manu propria. Imo simplicem scripturam privatam ipsius institoris probare contra præponentem, testatur Rota Genuens. *Dec.* 186. *num.* 4.

V. LIBRI ADMINISTRATORUM. Utpote qvi 99
tenentur reddere rationem, qvæ complecti debet primum codicem & librum, in qvo omnes rationes administrationis scriptæ sint, veluti in tutore *l.* 1. *§. officio ff. de ration. & tutel.* in curatore *l. adversus* 2. *l. rationes* 14. *C. de administrat. tut.* in executore testamenti *l. nulli* 28. *C.* 100
de Episc. & Cler. in procuratore sive ad agendum, sive

ad negotia, *l. qvi proprio* 46. §. *procurator* 4. *ff. de procurat.* in negotiorum geſtore *l.* 2. *ff. de negot. geſt.* in orphanotrophis & Xenodochis, ſive hoſpitalariis *l. orphanotrophi* 32. *C. de Epiſc. & Cleric. Clement.* 2. §. *ut autem de relig. dom.* in exactoribus *l. apparitores* 5. *C. de Exact. tribut.* & generaliter, qvicunqve alterius rem adminiſtra-
101 verit, in qvâ ſit acceptum & expenſum, codicem habere debet, qui contineat rationem accepti & expenſi Bart. *in l.* 2. *ff. de negot. geſt.* Bald. *Conſ.* 137. *lib.* 5. Roman. *Conſ.* 414. Socin. Sen. *Conſil.* 46. *lib.* 1. Dec. *Conſ.* 533. Carol. Molin. *in Conſvetud. Pariſienſ. tit.* 1. §. 6. *gl. num.* 14.

102 Qvod ſi verò res qvæ geritur, ejus qvalitatis ſit, in qva nulla reperiatur ratio accepti & impenſi, excuſabitur adminiſtrator ab hoc codice & libro rationum; item, ſi expediat ei cujus res adminiſtratur, ne patrimonium detegeretur, excuſatur adminiſtrator ab hoc libro *l.* 2. §. *tractari ff. ad SCtum Trebell.* Bart. *in l. tutor qvi repertorium num.* 16. *ff. de adminiſtrat. tut.* Ludovic. Roman. *ſing.* 104. Carol. Molin. *d. l.*

103 Aliàs contra eum, qvi non habet hunc codicem & librum expenſarum accepti & expenſi, juratur in litem *l.* 1. §. *officio ff. de tutel.* Ita enim præſumitur contra eum, qvi non fecit inventarium Bald. *in d.* §. *officio.* Omiſit enim illud, ad qvod ſciebat ſe teneri, ideoqve dolo imputatur *l. ſi procuratorem* 8. §. *dolo* 9. *l. dolus ff. mand.* & ita juratur contra eum Bart. *Conſ.* 115. Angel. *conſ.* 77. Roman. *Conſ.* 518.

104 Deinde expenſarum liber debet ſigillatim, clarè & diſtinctè habere expreſſas omnes & ſingulas expenſas, qvid, qvantum, qvo cum, qvove die, menſe & anno expenſum ſit; idem qvoqve de accepto, ita ut minutiſſima qvæqve capita accepti & expenſi contineat *l.* 82. *ff. de Condit. & demonſt. l.* 37. *ff. de Fideicommiſſ. libert. l.* 47. §. *ſi ſticho ff. eod.*

Dein-

Deniqve expenſæ debent eſſe veriſimiles, ita ut con- 105
currat qvalitas cauſæ, legalitas ſcribentis, bona fama, & expenſa non ſit exceſſiva reſpectu patrimonii qvod adminiſtrat, & de iſta veriſimilitudini judici conſtet, tunc his intervenientibus liber rationis adminiſtratæ probat etiam ad favorem ipſius ſcribentis Cravett. *de antiqvitat. temp. limit.* 4. *num.* 32. Nicol. de Paſſer. *de ſcript. priv. lib.* 4. *Qv.* 8. *num.* 1.

Qvod ſi verò prædicta reqviſita non concurrant vel 106
major pars ipſorum, non ſtatur libro adminiſtratoris Bertrand. *Conſ.* 136. *lib.* 1. Joſeph. Ludov. *Concluſ.* 29. *Col.* 1. *ampl.* 18. Item, ſi liber expenſarum & rationum ſit confuſus, ita ut rationes diſpungi & concludi non poſſint, nihil relevat, ſed perinde habetur, ac ſi confectus non eſſet Bart. in *d. l. tutor, qvi repertorium num.* 18.

V. LIBRI ECCLESIASTICI (Kirchen-Bücher) in 107
qvib⁹ indies nomina baptizatorũ, cum añotatione patris & matris, ut & patrinorum, conjugum noviſſimè copulatorum, mortuorum, & ejusmodi alia conſignantur, qvi regulariter ratione ætatis, mortis & matrimonii plenisſimam fidem habent, dum eis, haud ſecus, qvam inſtru- 108
mento publico, creditur *arg. c.* 13. *X. de probat.* Menoch. *de A. J. Q. lib.* 2. *Cent.* 2. *caſ.* 116. *num.* 2. Alciat, *de præſumt. Reg.* 2. *præſ.* 19. *num.* 2. Maſcard. *de probat. Vol. Concluſ.* 673. *num.* 1. Carpz. *p.* 1. C. 16. *num.* 9. & *jurisp. Conſiſt. lib.* 2. *tit.* 20. *def.* 315. *num.* 2.

VI. LIBRI FEUDALES (Lehn-Bücher) in qvibus 109
inſcribuntur, qvæ circa feudorum conſtitutionem, renovationem, privationem, inveſtituram, alienationem, amiſſionem, debita, laudemia &c. contingunt. Roſenthal in *Synopſ. feud. cap.* 8. *Concluſ.* 33. *num.* 2. Iis- 110
dem verò libris Dominus tam contra vaſallum, qvam vaſallus contra privatum efficaciter utitur, plena

enim ex ipsis oritur probatio Molin. *in consvet. Parisiens. Tit. 1. §. 8.* Guid. Pap. *Qv. 59. num. 4.* Rutg. Ruland *de Commiss. p. 2. lib. 5. Cap. 6. num. 13. & 14.*

111 VII. LIBRI OFFICIALIUM PUBLICORUM, Germ. Amts-Bücher / qvi, qvoniam autoritate publicâ nituntur, & ad rationes, reditus, ut & expensas publicas ordinati sunt, plenam qvoqve merentur fidem Berl. *p. 1. Conclus. 36. num. 18.*

112 VIII. LIBRI SENATUS, (Raths-Bücher) in qvibus omnia ea, qvæ Senatus agit, comprehenduntur & contra subditos probant, ex eâ ratione, qvod in Senatu semper præsumitur multitudo testium Ruland. *Cit. loc.*

113 IX. LIBRI COLLEGIORUM seu TRIBUUM, (Zunft-Bücher) licet ex privatis tantum personis hæc collegia competant, attamen, qvia hæ tales sunt, e qvibus alicubi publicæ personæ v. g. Senatores &c. constituuntur, ea propter his non vulgaris fides adscribēda, producti enim in vim probandi, fidem faciunt. Rutg. Ruland *de Commissar. p. 2. lib. 5. cap. 10. num. 2.*

X. LIBRI FISCALES seu MULCTARUM, (Straff-Bücher) Tusch. *Conclus. 346. lit. L. num. 37.*

114 XI. LIBRI GABELLARIORUM, Zoll- Geleits- und Accis-Bücher / tam pro scribente, utut negante aliqvem non solvisse collectam, qvam pro tertio contra tertium, cum qvo res gesta, plenam fidem merentur in iis, qvæ ad illorum pertinent officium, non ultra, sive superiori solvant gabellas, sive eas conduxerint Surd. *Cons. 429. num. 28.* Wurmser. *lib. 1. pract. observat. 3. n. 3.* Mascard. *de probant. Conclus. 929. num. 39. it. Conclus. 976. num. 41.*

115 XII. LIBRI MONASTERIORUM (Kloster-Bücher) eorumqve procuratorum aut œconomorum pro se regulariter probant, ita, ut si in iis scriptum sit, hunc vel

vel illum censum esse solutum, plena adhibenda fides *cap.13. X. de præscript. l.10. ff. de probat.* Carpz. *in jurispr. Consist. lib.2. tit.20. def.315. num.4.* Nicol. de Passer. *de script. priv. lib.5. cap. 1. & 2.* Cephal. *Cons.508. num.43. Vol.4.* præsertim si sint antiqvi, Mascard. *d. Conclus.976* 116
num.57. & scripti à viris religiosis, vitæqve probatæ jam 117
mortuis; Deficientib⁹ verò his reqvisitis contra tertium plenè non probant, sed præsumtionem duntaxat faciunt, Bursat. *Cons.28. num.27. Vol.1. it. Cons.330. num.100. 101.*
107. vol.3. nisi administrator œconomus aut procura- 118
tor adhuc vivus libros suarum rationum juramento suppletorio confirmet, ubi omnino plenam fidem habent. Menoch. *Cons.708. num.17. vol.8. Cons. 245. num.19.*

XIII. LIBRI CENSUALES ac JUDICIALES, 119
(Erb- und Gerichts-Bücher) in qvibus tributa ac census ut & operæ, qvas censitici ac subditi dominis suis annuatim dare ac præstare tenentur, inscriptæ inveniuntur.
Et hi circa servitia aliaqve onera à rusticis præstanda fi- 120
de suâ constant. Modo (1) vel semel à colonis vel subdi- 121
tis, qvoad præstationes istas atqve servitia speciatim in iis adnotata, pro veris ac legitimis habiti fuerint, dum nempe vel ipsimet rustici eosdem aliqvoties pro se allegaverint, vel iisdem adversus se productis nihil contradixerint. Vel (2) admodum pervetusti, & in armario familiæ penes seniorem huc usqve integri diu asservati
exindeqve depromti fuerint &c. Destituti autem hisce 122
& similibus adminiculis, ita, ut ex iis nec qvo tempore, nec qvibus præsentibus, nec à qvo conscripti sint, intelligi qveat, tunc meritò ad instar merè privatæ scripturæ alicujus nihil qvicqvam contra rusticos probare merentur *l.7. C. de probat.* Carpz. *3. Resp. 83. Tit. 8.*

De reliqvis libris, videlicet Rectorum Academiarum, Syndicorum, Civitatum, Hospitalium, Tutorum, Curatorum, Procuratorum, Executorum &c. & qva-
123 tenus tales probent Wehner *Observat. Pract. sub voc.* Bücher/ Rutg. Ruland *de Commissar. p.2. cap.6. cumseqq.* Nicol de Passer. *de script. privat. lib.* 4. & 5. Conrad. Friedlieb *de privat. scriptura Sect.*3. *Dec.* 1. 2. 3. *seqq.*
124 Gait. *de Credito Cap.* 2. Atqve hic sunto Terminalia.

DEO S.O.M. sit gloria!



INDEX





INDEX RERUM & VERBORUM

Prior numerus paginam, posterior numerum marginalem denotat.

Æqui-

Charta.

Citatio.

Clericus.

Collegium.

Commendatio.

Comparatio literarum.

Comparatio.

Concurſus.

Confeſſio.

Conſuetudo.

Consul.

Conventio.

Contractus.

Contumacia.

Copia.

Ad

Epiſtola.

Exceptio.

Excuſſio.

Executio.

Exemplum.

Expenſæ.

F.

Fallitus.

Falſum.

Juramentum in litem.

Jurisdictio.

L.

Leuteratio.

Libellus.

Liber.

Liber mercatoris.

 pti

Literæ.

Per

Mercatura.

Merx.

Miles.

Minor.

Monopolium.

Mors.

Mulier.

Mus.

N.

Naufragium.

Negatio.

Nobilis.

Nomen.

Notarius.

Nuntius.

O.

Responsio.

Respublica.

S.

Scartafaccia.

Schedula.

Scontrum.

Scriptura.

FINIS.

Emendanda.

PAg.6. num.3. pro desinitionem leg. definitionem, num.4. pro eipiſtolam leg. epiſtolam. p.7. n.8. pro rigeroſo leg. rigoroſo. p.24. n.18. pro permutantur leg. permutentur, num.19. pro unns leg. unus. p.28. n.31. pro miniſtrant leg. miniſtrent. p.41. n.103. pro vellen leg. vellent. n.42. n.105. pro mercaturæ leg. mercaturâ, in ead. lin. pro qvâ leg. qvæ. p.43. n.111. pro commerca leg. commercia. p.45. n.12. pro inem leg. einem. p.47. n.134. pro conveniti leg. convenit add. punctum. p.74. n.9. pro vetioſaqve leg. vitioſaqve, n.11. pro apperuit leg. aperuit. p.105. n.5. pro rigeroſè leg. rigoroſè. p.110. n.25. Emper leg. Empor. p.115. n.46. pro Abſchickten leg. abgeſchickten. p.120. n.55. pro reis judicatæ leg. rei judicatæ. p.131. n.98. poſt idem deleatur comma. p.137. n.128. pro liberi leg. libri. p.161. num.234. pro qve leg. qvæ. p.195. princ. pro Caſtenſ. leg. Caſtrenſ.

